


LVTHEROTVRCICAE

ORATIONES,

QVARVM, POST PRÆFATIONEM, INDICVLVS;

Scriptæ, dictæ

Ab

NICOLAO SERARIO

Societatis IESV Presbytero.





MOGVNTIÆ,

Cum Gratia & Priuilegio sacræ Cæsareæ Maiestatis.

E Balthasaris Lippij Typographeo.

ANNO M.DCIV. +



S*Vnt* Canis & Cunei, *(res vtraq; prodiga laudū)*
HEVSSENSTAMMIACÆ *stemata clara domus:*
Ille fidem Heroum, & vigilatas, pro grege, curas:
Hi constantem animi vim, validamq; notant.
Ille ouium elatrat caulis furesq; luposq;:
Hi magè nodoso robore dura secant.

A D-

ADMODVM REVERENDO ET NOBILI DOMINO D. EBERHARDO WOLFFGANGO AB HEVSSENSTAM Metropolitanæ Maguntiacensis Ecclesiæ Canonico Capitulari, S. ALBANI Decano dignissimo, Academiæ ibidem Rectori Magnifico &c.



EX iis, admodum REVERENDE AC NOBILIS DOMINE, quas, in Herbipolensi Academia, complures olim scripsi & dixi, orationibus, exiit superioribus hisce mensibus, Ingolstadij vna. quam sanè, vti & cæteras omnes; illustri publicæ huius lucis, in quo doctissimorum & eloquentissimorum

hominum, iucundè ac vtiliter, libri ſtent, theatro haud ſatis dignã arbitrabar. Quia tamen ſimul ac ab iis, quorum iudicio ac volun-tati non poſſum non tribuere plurimum; extra ſiparium, vbi latebat; in proſcenium & orcheſtram extracta eſt; non diſplicuit, quin verò (cùm ſatis tamen illud fuiſſet) multo, quam mea ferebat opinio, auidiores ſpectatorum tenuit oculos: ei nunc alias quinq; vel comites vel pediſſequas viſum adiungere: vt ea non iſtarum modo acceſſu comitatior, ſed iucunditate ac fructu etiam eſſet inſtructior. Omnes enim admodum conſonant: vnam omnes rem agunt, vt Chriſtiana noſtra religio, regioque ſit quàm florentiſſima, pacatiſſima, munitiſſima con-

tra duos, qui obstant in primis; hostes importunissimos, Lutherum & Turcam, à quibus & nomen mutuantur LVTHEROTVRCICÆ: *Has verò, admodum* REVERENDE & NOBILIS DOMINE, *Tuo inscribere nomini, plures ob causas, volui. quas nō ex hereditate, ac opibus, quę Tibi peramplæ; non ex nobili* HEVSSENSTAMMIORVM *stemmate, quo excellis; non ex magnis magni Patrui Tui* SEBASTIANI *Moguntini Archiepiscopi laudibus, quibus alium alibi locum dedi; non ex amplissimo Metropolitani Collegij ordine, quo splendescis; non ex luculento S.* ALBANI *Decanatu, quo insigniris; non deniq; ex iis omnibus,*

– quæ *quia* non fecimus ipsi
Vix ea nostra vocat – Lib. 13. Metamor.

prudens ille apud Poetam Vlysses: sed ex aliis multo maioribus, verioribus, ac inhærentioribus ornamentis capio. quòd nimirum in isto cùm naturæ, tùm fortunæ ridẽtis cursu, in graui temporum, priscorumque morum deprauatione, in aliquo etiam antiquæ stirpis flexu, sponte ac vltrò, initiari sacerdotio volueris: quòd quæ Sacerdotum sunt, sacra diligenter ac perlibenter munia obeas: quòd abundans in egentes ac inopes liberalitatis Tuæ fons manet assiduè: quòd domus Tuæ ianua, magno mendicorum concursu, multo quàm olea lauruque vlla magis coronata sit: quòd, hoc ipso anno, in arce, soloq; Tibi natali ac hæreditario collapsam pridem CATHOLICÆ *fidei sanctitatẽ erigere ac restituere*

zelo

zelo insigni occœperis: quòd, eodem hoc anno, Tuæ erga DEVM *O. M. beatosque Cœlites pietatis perinsigne dederis specimen, cum & alibi, & in augustissimæ quondam regiæque S.* ALBANI *ædis, cui nefarias, ante annos quinquaginta, faces iniecit hæresis; cineribus ac ruderibus sacras Sanctorum reliquias, adhibitis Tecum eiusdem Tui ordinis admodum Reuerendis ac Nobilibus Dominis aliquot, sumpto etiam in manus ligone ac pala, prout in consimili pietatis opere* CONSTANTINVM *Magnum, in prophana combusti Capitolij restitutione Vespasianum fecisse legimus; quæsiisti: præclarumque ibidem sacellum instaurari, supellectili sacra instrui, tandem etiam religiosè consecrari feci-*

Vetusta S. Syluestri Acta & Breu. Rom. d. XVIII. Nouemb. Suet. Vesp. c. 8.

sti. Fecerunt profectò hæc, vt, cum primùm in Moguntinam hanc, cui Tu, magna omnium gratulatione, Magnificus nũc RECTOR *præsides; Academiam pedem posui, omniaq; vel auribus vel oculis certò ac exploratè cognoscere potui, Te admodum diligere, suspicere ac obseruare ilicò cœperim, cupierimq; aliquam dari occasionẽ, qua etiam apud exteros, posterosq; Tuarum istarũ non nullus diffunderetur, prout sanè dignissimum; fragrans virtutum odor. Cuius vna illa, quam loco tetigi vltimo; particula minimè vltima, cum ad eum, è cuius libris, quid abs Te, quoad partes non paruas; inuentus* S. CAMERINVS *hominis fuisset, discebamus; ad Reuerendiss. inquam & Illustriss.* S. E. R. *Cardi-*

Martyrol. d. 21. Aug.

nalem

nalem BARONIVM *peruenisset, huc, elapso iam Septembri, hæc in verba scripsit:* Ego certè, pro mea in Sanctorum pignora religione, cum præsens nõ possim, quod licet, absens ipsis vota supplex defero, & ore cordis osculum figo: Sanctumque CAMERINVM, vt pro me apud diuinam maiestatem intercedat, etiam atque etiam oro. *Licet verò pertenue sit senarum hoc orationum opusculum, per id tamen optatam diu occasionem non tam accipere, quam arripere libuit, quia, vt noster ait Sapiens:* Spes quæ differtur affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens. *Magũtiaci, anno* DOMINI CIↃIↃCIII. *ipso S.* DIONYSII *Areopagitæ, qui*

primus Christianæ Catholicæque fidei, illa in vrbe, vbi, admodum Reuerende ac Nobilis DOMINE, *cum vernacula & Latina Gallicam linguam iunxisti; præco, asseuerator, auctorq; nobilissimus.*

Admodum Reuerendæ ac Nob. D. T. seruus in CHRISTO ind.

N. Serarius.

ORATIONVM ISTArum Indiculus.

IN LVTHEROTVRCICAS ORATIONES DEcastichon.

L Vtheroturcica sunt, seu Turcolutherica, Lector,
Quæ ridenda leges, quæq; dolenda leges.
Vtraq; Germanis quàm sint mala noxia terris,
Lutheri & Turca nomina mixta docent.
Quanquam quæ Scythicis patimur percussa sagittis
Vulnera, Lutheri sunt ea facta manu.
Ille fidem populis; virtutem animosq; iuuentæ
Sustulit: hinc patriam Turcica tela premunt.
Ille aris flammas, scelerataq; prælia regnis
Intulit. hinc patriam Turcica tela premunt.
Ille diem nocti, mare terris, tartara cælis
Miscuit. hinc patriam Turcica tela premunt.
Ne tu hominem mirare parem tot pestibus vnum;
Plus homine hoc monstrum est. Nam Brotodæmon erat,
Doctorem discens sequitur, prolesq; parentem;
Lucifer hunc genuit, Lucifer hunc docuit.
Hoc mirum: huic tali quemquam se credere mõstro,
Et soboli Satanæ, & discipulo Satanæ.
Quisquis es, aut turpis non nosti facta Lutheri,
Aut scelerum hanc Lernam non nisi cæcus amas.

E. B. A.

IN

IN ORATIONEM PRIMAM DE LVTHERO SVAM à dæmone doctrinam discente.



VANDO? quis? VNDE *tulit fidei tibi sacra Luthere?*
NOCTE. Satan. EREBO *detulit illa mihi.*
In tenebris lucem; cælum orco; Dæmone CHRISTVM
Quæris? & id proprio non pudet ore loqui?

In eandem, de eodem.

QVæ *Schola Luthero?* LECTVS. *Quis Doctor?* ALASTOR.
Quid docet? OMNE NEFAS. *Qua ratione?* DOLO.
Discipulum an docilem reperit? QVID QVÆRIS? ACVMEN
MIRARI DOCTOR NON SATIS IPSE POTEST.

DE

DE LVTHERI MAGISTRO THEODORETVS PROœmiolo in lib. I. de fabulis hæret.

Scelestißimus Dæmon hominum pernicies, cùm videret eos multorum Deorum adorationis errorem spinas radicitus euellere, seque iis, qui ei obedirent, priuari ac destitui: cùm sit machinarum consarcinator, & improbitatis artifex, alias insidiandi rationes excogitauit. Cùm enim homines sua operatione dignos elegisset, &, veluti personam quandam, eis Christianorum appellationem imposuisset, & tanquam melle quodam os poculi illiuisset, exitiale mendacij venenum hominibus obtulit.

DE LVTHERI, SVB TALI MAGISTRO PROFECTV.

D. Bernardus Epist. CCCXXIII.

Tua doctrina non est tua, sed eius, qui misit te, patris; Sed credo, sufficit tibi, si sis sicut Magister tuus.

D. Augustinus in Ioannem tract. XLII.

Si quod dicis à Diabolo accepisti, & Diabolo credidisti; MENDAX ES.

DE

DE NOCTVRNA LVTHERI, CVM OPERAM Magistro suo daret; quasi lucerna.

Origenes Homilia XIV. in Iosue.

Sunt eorum, qui in Ecclesia fidem Catholicam docent, & plebem Dei verbo veritatis illuminant, Lucernæ ardentes. Ii verò, qui hæretica dogmata ex Scripturæ sanctæ testimoniis, falsis assertionibus, docent, pro eo, quod Scripturas legunt, videntur accendere Lucernas: sed quia falsis assertionibus vtuntur, non sunt lucernæ, sed quasi lucernæ.



ORA-

ORATIO PRIMA.

VTRVM CANDIDE, SYNCERITER, EX ANIMIQVE SENTENTIA, CITRA vllum aut conuicium, aut maledictum, loquendo; verum ſit, Lutherum, quemadmodum de ſeipſo ipſe [a] ſcripſit; Diabolo Magiſtro & doctore vſum eſſe.

Herbipoli 1594.

[a] Tom.7. lib. de miſſa angulari fol. 479.



VT in quęſtionem poſitam accuratè inquirerē, multa me, Auditores ornatiſſimi, iampridem mouerunt. Vt autem de ea, hoc tempore, & loco agam, hæ mihi cauſæ. Venit hiſce diebus, in Lutherani cuiuſdam manus, Lutheri cum Diabolo diſputantis imago, in meas verò Lutherani cuiuſdam Poëtæ phaſma quoddam Comicum. Ille, illam vt vidit, ilico dicere, falſam eam diſputationem eſſe, merum Papiſtarum & Ieſuitarum commentum,

hic verò, hæreticorum variorum, quibus vel in somno vel somnio dæmon apparuerit, catalogo haud cōtentus, Catholicos etiam, seu vt appellat, *Pontificios* adiungit. de suo autem Luthero, non modo nihil tale refert, sed eum potius nouum veluti Solem extremis hisce temporibus exortum, nouumq́; prorsus Euangelistam adorat.

Frischlinus in Comœdia de varijs hæres. impressa in Iazybus Metanastis 1592.

—Diabolus, ait, hominibus sectarijs
Anabaptistis, Schvvenckfeldianis,
Carolstadicis, Caluinistis, Pontificijs
Apparet in somnis & mira somnia
Immittit & miris modis fanaticos
Homines ludos facit, vt neglecto cœlitum
Verbo & scriptis Propheticis, sua somnia
Sectentur, ac visis nocturnis dent fidem.

Quibus in versibus quod de Lutheri discipulis & filijs asseritur, etsi verissimum; iam omitto: quod in nos qui Pontificis Maximi auctoritatem à CHRISTO IESV ductam agnoscimus, palamq́; lubentes profitemur; confertur; etsi falsissimum; dissimulo, &, si vultis, fero, ignosco

&con-

& condono. quod verò de Luthero ipso, quo de maxime loquendum fuerat, tacetur; id verò est, quod in quæstionem voco. & quidem, contrà quam ipsi facere solēt, modestè, syncerè, simpliciterq;, citra vllum conuicium, vllamvé verborum cōtumeliam, disputando, veritatemq; inquirendo, An is Diabolo Magistro, & eorum, quibus orbem impleuit, dogmatum inuentore, doctoreque vsus sit. Et ne vos morer; illud initio statim, planissimè, vt ab omnibus intelligar, respondeo: verissimè, simpliciter, & propriè, Lutherum illo ipso tartareo Magistro, & eorũ, quæ ex imo inferorum barathro exciuit, quæq; Christianum per orbē sparsit, dogmatum, principe, duce, auctore vsum esse. Neque tamē affirmanti mihi credatis velim, nisi rem totam clarissimis, verissimisq; argumentis testatissimam fecero. quæ ego plura quidem notata & seposita iam habeo. sed è multis, pau-

sti. Fecerunt profectò hæc, vt, cum primùm in Moguntinam hanc, cui Tu, magna omnium gratulatione, Magnificus nũc RECTOR *præsides; Academiam pedem posui, omniaq; vel auribus vel oculis certò ac exploratè cognoscere potui, Te admodum diligere, suspicere ac obseruare ilicò cœperim, cupierimq; aliquam dari occasionẽ, qua etiam apud exteros, posterosq; Tuarum istarũ non nullus diffunderetur, prout sanè dignissimum; fragrans virtutum odor. Cuius vna illa, quam loco tetigi vltimo; particula minimè vltima, cum ad eum, è cuius libris, quid abs Te, quoad partes non paruas; inuentus* S. CAMERINVS *hominis fuisset, discebamus; ad Reuerendiss. inquam & Illustriss.* S. E. R. *Cardi-*

Martyrol. d. 21. Aug.

nalem

nalem BARONIVM *peruenisset, huc, elapso iam Septembri, hæc in verba scripsit:* Ego certè, pro mea in Sanctorum pignora religione, cum præsens nō possim, quod licet, absens ipsis vota supplex defero, & ore cordis osculum figo: Sanctumque CAMERINVM, vt pro me apud diuinam maiestatem intercedat, etiam atque etiam oro. *Licet verò pertenue sit senarum hoc orationum opusculum, per id tamen optatam diu occasionem non tam accipere, quam arripere libuit, quia, vt noster ait Sapiens:* Spes quæ differtur affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens. *Magūtiaci, anno* DOMINI CIↃIↃCIII. *ipso S.* DIONYSII *Areopagitæ, qui*

primus Christianæ Catholicæque fidei, illa in vrbe, vbi, admodum Reuerende ac Nobilis DOMINE, *cum vernacula & Latina Gallicam linguam iunxisti; præco, asseuerator, auctorq; nobilissimus.*

Admodum Reuerendæ ac Nob. D. T. seruus in CHRISTO ind.

N. Serarius.

ORATIONVM ISTArum Indiculus.

IN LVTHEROTVRCICAS ORATIONES DEcastichon.

Lutheroturcica sunt, seu Turcolutherica, Lector,
Quæ ridenda leges, quæq; dolenda leges.
Vtraq; Germanis quàm sint mala noxia terris,
Lutheri & Turca nomina mixta docent.
Quanquam quæ Scythicis patimur percussa sagittis
Vulnera, Lutheri sunt ea facta manu.
Ille fidem populis; virtutem animosq; iuuentæ
Sustulit: hinc patriam Turcica tela premunt.
Ille aris flammas, sceleratáq; prælia regnis
Intulit. hinc patriam Turcica tela premunt.
Ille diem nocti, mare terris, tartara cælis
Miscuit. hinc patriam Turcica tela premunt.
Ne tu hominem mirare parem tot pestibus vnum;
Plus homine hoc monstrum est. Nam Brotodæmon erat,
Doctorem discens sequitur, prolesq; parentem;
Lucifer hunc genuit, Lucifer hunc docuit.
Hoc mirum: huic tali quemquam se credere mõstro,
Et soboli Satanæ, & discipulo Satanæ.
Quisquis es, aut turpis non nosti facta Lutheri,
Aut scelerum hanc Lernam non nisi cæcus amas.

E. B. A.

IN

IN ORATIONEM PRIMAM DE LVTHERO SVAM à dæmone doctrinam discente.



QVANDO? quis? VNDE *tulit*
fidei tibi sacra Luthere?
NOCTE. Satan. EREBO
detulit illa mihi.
In tenebris lucem; cælum orco; Dæmone CHRISTVM
Quæris? & id proprio non pudet ore loqui?

In eandem, de eodem.

Q*Væ Schola Luthero?* LECTVS.
Quis Doctor? ALASTOR.
Quid docet? OMNE NEFAS. *Qua ratione?* DOLO.
Discipulum an docilem reperit? QVID QVÆRIS? ACVMEN
MIRARI DOCTOR NON SATIS IPSE POTEST.

DE

DE LVTHERI MAGISTRO THEODORETVS PROœmiolo in lib. 1. de fabulis hæret.

Scelestißimus Dæmon hominum pernicies, cùm videret eos multorum Deorum adorationis errorem ſpinas radicitus euellere, ſeque iis, qui ei obedirent, priuari ac destitui: cùm ſit machinarum conſarcinator, & improbitatis artifex, alias inſidiandi rationes excogitauit. Cùm enim homines ſua operatione dignos elegiſſet, &, veluti perſonam quandam, eis Christianorum appellationem impoſuiſſet, & tanquam melle quodam os poculi illiuiſſet, exitiale mendacij venenum hominibus obtulit.

DE LVTHERI, SVB TALI MAGISTRO PROFECTV.

D. Bernardus Epist. CCCXXIII.

Tua doctrina non est tua, ſed eius, qui miſit te, patris; Sed credo, ſufficit tibi, ſi ſis ſicut Magiſter tuus.

D. Augustinus in Ioannem tract. XLII.

Si quod dicis à Diabolo accepisti, & Diabolo credidisti; MENDAX ES.

DE

ORATIO PRIMA.

VTRVM CANDIDE, SYNCERITER, EX ANIMIQVE SENTENTIA, CITRA

vllum aut conuicium, aut maledictum, loquendo; verum sit, Lutherum, quemadmodum de seipso ipse [a] scripsit; Diabolo Magistro & doctore vsum esse.

Herbipoli 1594.

[a] Tom. 7. lib. de missa angulari fol. 479.



VT in quęstionem positam accuratè inquirerē, multa me, Auditores ornatissimi, iampridem mouerunt. Vt autem de ea, hoc tempore, & loco agam, hæ mihi causæ. Venit hisce diebus, in Lutherani cuiusdam manus, Lutheri cum Diabolo disputantis imago, in meas verò Lutherani cuiusdam Poëtæ phasma quoddam Comicum. Ille, illam vt vidit, ilico dicere, falsam eam disputationem esse, merum Papistarum & Iesuitarum commentum.

hic verò, hæreticorum variorum, quibus vel in somno vel somnio dæmon apparuerit, catalogo haud cõtentus, Catholicos etiam, seu vt appellat, *Pontificios* adiungit. de suo autem Luthero, non modo nihil tale refert, sed eum potius nouum veluti Solem extremis hisce temporibus exortum, nouumq; prorsus Euangelistam adorat.

Frischlinus in Comœdia de varijs hæres. impressa in Iazybus Metanastis 1592.

—*Diabolus*, ait, *hominibus sectarijs*
Anabaptistis, Schvvenckfeldianis,
Carolstadicis, Caluinistis, Pontificijs
Apparet in somnis & mira somnia
Immittit & miris modis fanaticos
Homines ludos facit, vt neglecto cœlitum
Verbo & scriptis Propheticis, sua somnia
Sectentur, ac visis nocturnis dent fidem.

Quibus in versibus quod de Lutheri discipulis & filijs asseritur, etsi verissimum; iam omitto: quod in nos qui Pontificis Maximi auctoritatem à CHRISTO IESV ductam agnoscimus, palamq; lubentes profitemur; confertur; etsi falsissimum; dissimulo, &, si vultis, fero, ignosco

&con-

& condono. quod verò de Luthero ipſo, quo de maxime loquendum fuerat; tacetur; id verò eſt, quod in quæſtionem voco. & quidem, contrà quam ipſi facere ſolēt; modeſtè, ſyncerè, ſimpliciterq́;, citra vllum conuicium, vllamvé verborum cō-tumeliam, diſputando, veritatemq́; inquirendo, An is Diabolo Magiſtro, & eorum, quibus orbem impleuit; dogmatum inuentore, doctoreque vſus ſit. Et ne vos morer; illud initio ſtatim, planiſſimè, vt ab omnibus intelligat, reſpondeo: veriſsimè, ſimpliciter, & propriè, Lutherum illo ipſo tartareo Magiſtro, & eorū, quæ ex imo inferorum barathro exhauſit, quæq́; Chriſtianum per orbē parſit, dogmatum, principe, duce, auctore vſum eſſe. Neque tamē affirmanti mihi credatis velim, niſi rem totam clariſsimis, veriſſimiſq́; argumentis teſtatiſsimam fecero. Quæ ego plura quidem notata & ſepoſita iam habeo. ſed è multis, pau-

ca tantum hyberno isto die; quæ ex ipsius tamen Lutheri verbis, ipsisq; pæne visceribus eruuntur; proponere, mihi constitutum.

Argumenta octo primaria.
I. ab ipsius Lutheri testimonio.
Ipsemet scripsit.

Primum esto. Lutherum cum Diabolo congressum esse, erroresq; contra sacrosancta fidei Catholicæ decreta, quam plurimos, ab eodem audiisse, auditos approbasse, approbatos lingua & calamo quibuscunque potuit, persuasisse, nos aliundè nõ didicissemus, accepissemus, cognouissemus, quã ex ipsiusmet Lutheri apertissima cõfessione, librisque quos ipsemet scripsit, edidit, peruulgauit. Ita de seipso ipsus tomo 7. lib. de angulari Missa narrauit: ita fol. 479. 480. 481. 482. pagina vtraque, commemorauit. ita, suapte manu, &ijs, qui tum vixerunt, & nobis qui iam viuimus, & posteris omnibus, ne dubium vllum cuique sit; consignauit. Iam verò quod non infans aut puer aliquis, sed vir, neque omnino imperitus, sed Doctor: neq;

è vul-

è vulgo quilibet, ſed magnæ apud plurimos auctoritatis, non mente captus aut cerebro inſanus, ſed vigens & ſanus; nõ quæſtionibus, tormentis, aut vi vlla coactus, ſed liber, expeditus ac ſolutus, ſpõte ipſe ſua, non de alio, ſed de ſeipſo recitat, an non veriſsimum putandum? Quid à quoquam verum dici putabimus, ſi falſum iſte refert? Cui, vllo in iudicio, de alio, teſti fides adhibenda, ſi de ſeipſo, noſtro huic detrahenda? Si in aurem alicui ſemel id dixiſſet, ſi aliud quaſi agens, incogitanter ac temere, vel in conuiuio hilarior id effutijſſet, imo ſi quis paulo ei familiarior, aperuiſſet, grauis tamen meritô de re tota eſſet ſuſpicio. quid igitur cum ipſemet, ſuis ipſius digitis ſcribit, typis mandat, poſteritati prodit, & quidem non vno alteroue verbo, ſed verſibus plurimis, folijs minimùm quatuor, aut quinque, ſciens, volens, meditatus? loco citato

Deinde verò Lutheranos appel- II. ab ipſius

 lo, ab

lo, ab ijs quæro, quid sentiant? Ista cum de seipso scripsit Lutherus; verum scripsit an falsum? Vtrum velint eligant. si verum scripsit: verè affirmamus, ipsum verum Diaboli asseclam & discipulum esse. si falsum: verè etiam affirmamus, ipsum mendacem, ideoque & illius verissimam prolem esse, quem Veritas *mendacij Patrem* nuncupauit. Scimus porrò quid sapientissimè Philosophus dixerit. *Lucri hoc facere mendaces, vera dicentibus vt non credatur.* Quis enim ei, quem in mendacio deprehendit, fidere audeat? Quis, etiam cum verissimum quid narrat, forte tamen mentiri non suspicetur? Si mentitus igitur hac in historia Lutherus esset, quis suæ salutis amans, qui vel minimam rationis, vt ita dicatur, micam habeat, ei tot res nouas molienti, scripturas vertenti, suo è cerebro interpretanti, veterum Patrum sententias reijcienti, Ecclesiæ totius auctoritatem aspernanti, sua

quod Lutherus dixit; testimonij veritate aut falsitate. *Verè aut falsò scripsit.*

Ioan. 8.

Diog Laer.

Ita & in Ps. 1. Luth. ipse.

vnius

vnius solius placita obtrudenti assentiatur? fateor tamen alibi sæpissime Lutherum mentitum, adeò, vt multas ex eo mendaciorum centurias non pauci iam pridem collegerint. quia tamen indicia quædam nonnulla sunt, è quibus, an mendax semper mentiatur, cautè prudenterque colligatur; eum in ista narratione vanum haud fuisse, non Lutherani tantum dant libenter, sed res etiam ipsa loquitur. *Nemo*; ait Tertullianus, ***ad suum dedecus mentitur.*** Multi quidem vanissimè ac mẽdacissimè nonnulla, quæ suam ad laudem & gloriam faciant, eloquũtur; sed ea, quæ probrum & infamiã afferunt, etiam verissima, vix vnus aliquis: falsa verò; nemo vnus efferat. quid effingat? Lutherum verò nocturnam Dæmoni operam nauasse, disputãti aures attentissimas, tandemq; manus etiam ambas dedisse, apud quos tandem laudabile, præclarum, gloriosum? Nisi incre- Apolog. aduers. Gent.

dibilis quædam impudentia, quæ illos ipsos, in scelerum profundum qui deuenerunt, comitatur, hominem hanc ad confesſionem adegiſſet, vel eò illa diuina planè vis, quæ vel à mendaciorum omnium architectis ſpiritibus in energumenis veritatem crebrò extorſit, perpuliſſet; nunquam horrendum adeo & deteſtandum colloquium indicaſſet qui ſpiritu ſancto totus, totus afflatus, inſtinctuſque videri volebat.

III. à teſtimonij eiuſdem modo. *Seriò & valde ſcripſit.*

An forte ioco retulit? Si feciſſet, nō ideo tamen, non quod res erat, retuliſſet. ***Ridentem dicere verum quid vetat?*** ait quidam. ſed, etſi alias Lutherus iocularis, dicax & ridiculus; tam longam tamē, tot folijs, in opere adeo ſerio, in re tanti momenti, de ſeipſo narrationem ioco inſtituere quis cenſeat? Et vix poteſt ipſe quidem, à dictis & facetijs etiam obſcœnis & ſcurrilibus homo lepidus & bellus abſtinere. an illa tamen iocus, quæ, paulo poſt, ipſi tunc eueniſ-

Horat.

loco eit.

uenisse, ipsius verbis, commemorabo? *valde conterritum fuisse, præ animi pauore sudasse, pæne exanimatum esse, illum ipsum terrorem, quo Oecolampadius & Carolstadius subitò extincti sint; persensisse, parumq́ à desperationis periculo abfuisse?*

IV. ab Lutheri ipsius persona.

Verùm, non historiam istam finxerit Lutherus, non ioco recensuerit, *ipsi nos forte Papistæ finximus*, Quomodo verò? An, vlla in vrbe Catholica, Lutheri tomi vnquã editi sunt? An in editionibus, quas Wittemberga, vbi ille regnauit, quas Iena, vbi eius adhuc gregales ad clauum, dedit, hæc omnia disertis verbis expressa non sunt? An aliunde, quàm ex ipsorummet Typographeis hæc eruimus, promimus, afferimus? At forte Lutherani ipsimet finxerunt, Lutherique sui libris inseruerunt. Nam cui hoc rei fecissent? & qui ex omnibus? & quãdo? Viuebat adhuc Lutherus, cum is, in quo Diaboli cum istud magisterium legitur, li-

Non finxerunt Catholici.

bet, Anno 1533. in hominum manus exiit. viuebat, cum disperſæ eius diſputationes, conciones, epiſtolæ, commentarij, opera omnia, in volumina ceu Tomos certos digeſta & reuocata ſunt. viuebat, cum ei Diabolicam iſtã originem Ioannes Cochlęus Noribergẽſis obiecit, librũq; libro illi, *de miſſa & cõſecratione Sacerdotum*, oppoſuit. Si fabula eſſet, eaq; à quocunq; , non Catholico modo, ſed Lutherano etiam, tomis illis intertexta fuiſſet, quas, pro vehemẽtiſſimo iracundiſſimi animi ſui ęſtu, turbas, quæ fulmina, quæ tonitrua non dediſſet Lutherus? Qui maledictis adeo ſycophãticis Angliæ Regem Henricum IIX. Carolum V. Imperatorem, Põtificem maximũ, Georgium Saxoniæ Ducem, Colonienſem, Louanienſem, Pariſiẽſem Academias proſcindere auſus eſt; ſi è ficto commentitioq; teſtimonio Diabolum Magiſtrum opprobraſſet Cochlæus, quid feciſſet? Faciũt

(niſi

(nisi me quid fallat) ista, vt non ab alio vllo quàm ab ipsomet Luthero profecta hæc historia certissimè intelligatur.

V. ab Lutheri ipsius operosa asseueratione

Sed illud porrò videndum, quàm in eo idem ipse laboret, vt nihil fingere, nihil mentiri videatur, sed puram putam, prout res gesta est, veritatem recensere. Diligentissime siquidem omnia, quę, vt verum quidpiam dignoscatur, adhiberi solent, enumerat, personas, tempora, modos, antecedentia, adiuncta, consequentia. vt aliud nihil magis timuisse videatur, quàm ne quis, pacto vllo, de negocij totius veritate subdubitaret. quasi diceret. Verè ita est, vt refero: Diabolus mihi affuit: mecũ disputauit: me vicit: ei assensus sum. si mendacium, si somnium, si spectrum, si phantasma, si apologus inanis foret, nunquam circumstantiæ omnes tam bene congruerent; tam accuratè à me nunquam commemorarentur.

Nihil dubitari vult Lutherus.

VI. à circũstantijs 12.

I. quis Magister?

Ipsissimus Diabolus.

Vt tamen certissimi omnes nos simus, remq; ipsam manibus, vt dicitur; teneamus, quæ vniuersè iam iam dicta sunt, singillatim singula intueamur. & primo quidem ipsas, inter quas disputatio hæc instituta; personas. Quis ille igitur fuit, qui cum Luthero disputauit? qui suis eũ argumentis eò adduxit, vt à Catholica ipse fide descisceret, tamque alios multos abstraheret? Quis inquã fuit? Eum, Auditores, recitator ipse non tacet. non periphrasi aliqua circumscribit. non dissimulat, sed suo proprioque nomine appellat. Quis igitur? Non spiritus sanctus. non Angelus aliquis bonus. non homo probus doctusuè quispiam, non synteresis aut conscientia propria, sed *ipse*, inquit, *Diabolus*. O funestum disputatorem. O detestandum Magistrum. hunc tu Luthere audire, huic tu aures præbere ausus es? Videte quàm apertè ac disertè, à quo dogmata ipse sua prompserit;

enun-

enunciet. Multi hactenus in Ecclesiæ Dei, flagitiosissimi hæreseon auctores fuêre, multi in vetere Gentilitate prauissimarum superstitionũ architecti. multi consceleratissimorum errorum consceleratissimi parentes & fabri. omnium tamẽ, quod quidem legerim vel audierim, nemo vnquam tam audax, tamque impudens fuit; vt tartareo licet dæmone consiliario & Magistro vteretur; id tamen adeò perspicuè ac rotundè confiteretur. Numa Pompilius, qui tot in aqua deorum imagines, vel potius, vt ait D. Augustinus l. 7. de ciuit. c. vlt. *dæmonum ludificationes* videbat; nefariorum illorum sacrorũ, quorum ter execrandos libros ipse terra obrui, senatus verò flammis incendi iussit; auctorem quem dixit? sacram scilicet Nympham quandã AEgeriam. Lycurgus legum, quibus Lacedæmoniorum Rempublicam constituit; totq; fœdissimas infandasq; libidines concessit, prin-

cipem,

cipem, quem laudauit? ſacrum Apollinis Delphici tripodem. Minos Cretenſium legislator, à cuius auctoritate legum ſuarum dignitatem arceſſendam putauit? Ab eo ſcilicet *qui Rex hominumque Deumque*; Ioue Maximo. Quid Iapones? Cum maligni ijs ſpiritus idololatrici inſtituta, cæremoniaſq; impuras præſcripſerint, nonne Xacas, Amidaſq; vel heroas vel Deos ſummos nominitant? Turcarum pſeudoprohcta impuriſſimus, lectiſſimum dæmonis organum, Mahumetes, à quo ſibi Alcoranum, totamq; Turcicæ impietatis diſciplinam traditam commemorat? Certè à Gabriele archangelo? Magi verò, quorũ artes omnes, omnibus omniũ rectè ſentientium, etiã Gentilium legibus damnatæ ac vetitæ ſunt; ſuis in arcanis & libris, nonne ſpecioſa Angelorũ, fictorũque ſpirituũ nomina paſſim edunt, dæmones verò, quibus cũ certo fœdere ac ſocietate deuincti ſunt; deſi-

gnatè

gnatè nunquã appellãt? Zwinglius ipse, altera Germaniæ fax & labes, cũ in mysticis illis sacrosãctis Eucharistiæ verbis. *Hoc est corpus meũ*, verbũ, *est*, nõ, *est*, sed, *significat*, significare cõtenderet, huiusq; ignotæ ac inauditæ notionis interpretẽ diabolũ indicare vellet; nõ tamẽ insitũ humanæ ingenuitati pudorẽ abijcere omnino potuit. amphoterismo quodã illũ insinuare, quam nudo proprioq; verbo nominare maluit. scribit n. ad se, nocte quadã (ecce duarũ sectarũ quę orbẽ hodie nostrũ conturbant, cuiusmodi exordia?) spiritũ venisse, particulæq; illius significationẽ nouam demonstrasse. de quo tamẽ nesciat, *ater an albus fuerit*. At Martinus noster nihil ambigit, fueritné is, qui cum egit, ater an albus, sed simpliciter, suis eum coloribus depingit, suo nomine, *Diabolum* nominat, addit etiam, quanta eius in disputando subtilitas, & peritia sit: verborum quanta volubilitas, vocis

Lib. subsid yt infrà in præf. Ingolstad.

quan-

quanta quam horribilis magnitudo.

Nouit, ait Lutherus, *argumenta sua bene proponere diabolus, eaque robustè perurgere. & oratione cùm graui, tum forti ac vehementi vtitur.* Pergit, & sęuitiam eius, in hominum corpus & animam, immanitatem & truculentiam describit. *Corpus* (ait) *suffocare potest. & animum adeo angere, & disputando cruciare, vt, vno pene momento, è corpore ei cedendum migrandumque sit.* Hæccine satis expressa & viua Magistri tanti descriptio? Sub narrationis tamen extremum disputatoris & magistri eiusdem solertiam, vim, acrimoniam ita exaggerat, vt, ad eã, omnes Catholicos Doctores fœnũ ducere videatur. *Si diabolum*, ait, *disputantem audirent* (Papistæ) *næ illi subito perculsi obmutescerent. neque de Ecclesia, consuetudine antiqua, & altè ducta traditione, blaterare possent.* Iterumq;: *Valde breue tempus videtur cum ille disputat. quia breuissimis conclusiunculis vtitur.*

itur. neque temporis multum consumit; quando solitarium & attentum auditoem nactus fuerit. Denique eum in lisputationis suæ ingressu, illud Iacobi sibi accommodasse narrat: *dæmones credunt*; & addidisse: *Nostrum* (dæmonum scilicet) *nullus consolationis quidquam in Christo habet, vel fiduciæ, tanquam in saluatore: sed eum tamuam seuerum Iudicem horremus.* c.2.v.19.

De Magistro hæc ille. de seipso erò discipulo, quid? Dormiuisse se narrat. Sed ne somnium quis putaet, quamquam & in somnio doctrina quapiam imbui quis posset; ne tamen quis somnij excusationẽ llam haberet; è somno excitatum e refert: tum blanda & honorifica alutatione à diabolo salutatum, & d disputationem audiendam eretum. Ita enim disputationem exrsus est diabolus. *Audin' Doctissime ir? scin' te annos 15. singulis pene diebus olitariam seu angularem Missam fecis-?* Vbi verò non se quidem demissas

2. Quomodo discipulus se habuerit. Excitatus è somno est.

3. Quod Magistri proœmium.

4. Quomodo à discipulo acceptum.

ad Deum preces fudisse, non Angeli custodis operam implorasse, non sanctissimo crucis clypeo armasse: sed de sacerdotali sua initiatione & vnctione, aliquid respondisse recẽsuit; tandem subiũgit. *Hic reuera mihi sudor erumpere, cor tremere ac palpitare incepit.* Cedo. quid sudor iste, quid cordis tremor, quid palpitatio sibi vult? si veri nihil fuisset, sudaretné heros tãtus, tam audax, tam imperterritus? si veri nihil fuisset, tantam animi timiditatem, trepidationem, angorem de seipso narraret? maxime vero affirmatione graui, & quodam veluti iurisiurandi sacramento apposito? Quid enim est illud, *reuera*, nisi, certè, profectò, veritatem testor, Ita me Deus amet. Tamne Lutherum suum Lutheranus vllus cõtemnat, vt ne iurato quidẽ credat? Verum, quod sequitur, quæso expẽdite. *Tunc*, ait, *experientia ipse didici, quinam fiat, vt mane in lecto mortui nõnulli reperiantur. qui pridie scilicet sani*

5. Quantũ ilicò profecerit discipulus.

& in-

& incolumes cubitum ierant. Magnus pauor, magna vel ingẽs potius, formido & exanimatio esse debuit, quę abstrusissimarũ, è quib. subitæ nonnullorum mortes; causarũ nõ qualẽ qualem cognitionem, sed experiẽtiã afferre potuit. vt, ex cõtriti prouerbij formula dicere liceat; Lutherane. *si iurato nõ; experto crede Luthero.* Nam suã istam experientiam adeo certam & exploratam esse voluit, vt se diuinitus conseruatũ videri velit. contrà verò, alios cõplures improuisò extinctos. in quib. nominatim sint viri duo, virtute vnus, improbitate alter; nominatissimi, Emserus & Oecolampad. *Sic,* ait, *ego statuo, Emserũ, Oecolampadiũ, aliosq; similes igneis id genus iaculis & amẽtatis diaboli hastis ita derepẽte sublatos disperiisse.* Ac in Emsero quidẽ fallit. Sed in Oecolãpadio, qui anno eodẽ, q socius in Heluetico ꝑlio Zwinglius cecidit; id est 1531. ab incesta coniuge, in lecto, mortuus inuẽtus est: forte nihil errauit:

certè in alijs similibus acu rem tetigit. Nam Bucerus quidem, *Cum sopitus adhuc claro iam mane iaceret.*

An. frat.

Cumque foret tuta ianua clausa domus
Mortuus obtorto collo dic, nonne repertus?
Et versa occipitis sincipitisque vice

Et vt eiusdem, cuius cœpi; poetæ versibus absoluam.

Tam faciē (horrendū) totam piceata nigredo
Inficit, ac, extra os, liuida lingua tumet.
Carnificem porro cacodæmon egit, vt istius
Perpetuum ostendat se fore carnificem.

Carolstadium verò, nonne illi ipsi Basileenses, qui Oecolampadiū illum, probroso & infami Epitaphio, primum suæ ciuitatis Episcopum appellant; publico libello à dæmone horribiliter interfectum prodiderunt, &, ex eorum testimonio, Lutheranus Alberus? Quid ipsemet Lutherus? quomodo intempesta nocte, repentina morte, subitò hinc abstractus est? sed hæc fortè posteà & vberiùs & diligentiùs. Nunc illud ad institutum satis; Lutherum

lib. contra Carlstad.

omni,

omni, qua poteſt, ratione, ſigno, argumento, iureiurando, experientia aſſeuerare & confirmare, ſuum iſtũ cum diabolo congreſſum, minimè fictum, ſimulatum, aut commentitium, ſed indubitabilem, verum, & certum eſſe. nihilque omnino cauſæ afferri poſſe, cur tot indicijs, tamque definitis circumſtantijs, rem totá prodenti & aſtruẽti fides negetur.

Tempora verò, quibus hæc euenerunt intueri ſi graue non ſit, multa ſanè eam in partem vndique occurrunt, quæ clariſſimè oſtendunt, non verè tantum, ſed, quod omnibus in rebus valere plurimum ſolet, opportunè ac tempeſtiuè, Diabolũ ſuam Luthero ſcholam aperuiſſe, ſermonem vltro citroq; cum eo cõtuliſſe, veteris fidei excidium docuiſſe. Nam primò Sathanam *nocte* ad ſeſe veniſſe narrat & *nocte* non ineunte aut vertente, ſed *plane media.* Hoc enim tempus illud eſt, quo, cõſopitis omnibus, domos fures per-

6. Nox erat.

Et media.

Matth. 24.



Bodin dæmo. Mall. venef.

Virg. Æn. 9. Lib. de venat. Habacuc. 1.

1. Pet. 5. v. 8. Psal. 103.

Matth. 13.

fodiunt atq; diripiunt: quo ad nefarios sese cœtus venefici, sagæq; conferunt: quo *pleno lupus insidiatus ouili, asper & improbus ira, sæuit in absentes agnos*: quo apud Oppianum νυκτιπόροι *Lycæna*, seu, vt apud Prophetam nostrum est; *lupi vespertini* grassantur: quo *circuit leo rugiens, quærẽs quem deuoret*: quo, vt Dauid ait; *pertranseunt omnes bestiæ syluæ, & catuli leonum rugientes, vt rapiant*: quo *venit inimicus & superseminat Zizania in medio tritici & abit*. Quid si pridiana, pro more, cœna helluatus, vino ciboq; saturatus, sese in lectum cõdiderat Lutherus? Quam aptũ tempus, vt tali vasi talia vnguẽta infunderẽtur? Sed rebus certis coniecturas etsi veri valde similes aspergere vix animus; illud potius considerandũ, an tunc, hæreticus iam Lutherus fuerit, an verò adhuc Catholicus. Si enim iam hæreticus; primam hæreseon, quas tã multas, tamq; funestas effudit; originem nocturno isti dialogo ascri-

bere

›ere non licebit, sed incrementũ tã-ũmodo, dilatationẽ, absolutionẽ. Quemadmodũ enim litteras & Is-ebij, & Magdeburgi, & Erfurdiæ, & Wittembergæ didicit Lutherus, sed ılibi elementa primũ, alibi artium Magister, alibi Theologiæ Doctor effectus: sic & in hæretica vanitate licẽdũ foret, eum aliàs alia inuenisse, & à Magistro suo accepisse, Si verò adhuc Catholicus fuit, primum omniũ principiũ ascribere & licebit &, ipso ita volẽte ac indicãte, oportebit. Catholicũ verò adhuc fuisse, argumenta sunt, quę iamiã audietis; tam diaboli quã Lutheri verba minimè obscura vel ambigua. Cum n. sacrosancti baptismatis, Confirmationis, Ordinis, absolutionis, extremæ vnctionis & matrimonij mentionẽ dæmon fecisset, & ab ijs ad Eucharistiã frangendã ratiocinaretur, *Hæc*, ait, *sunt septem vestra Sacramenta.* Et postea. *cum Missam facis, taces alicubi in angulo aliquo, & solus voras.*

7. Ante istud diaboli Magisteriũ nondum erat Lutherus hæreticus: saltem consummatus.

Posteaquam veritati bellum iam indixerat Lutherus, adhúcné *septem* sacramenta tenebat? adhucné sacris operabatur? adhucné in angulo Missam agebat? adhucné vt diaboli calumniã repetã; solus vorabat? cũ nemine communicabat? Alia non dissimilia, quæ illum adhuc facere calumniatur diabolus, neq; ipse inficiatur, taceo, vt de seipso ipsum testificantem audiamus. Cum primã diaboli petitionẽ sensisset, ait, se statim ei resistere voluisse, & quatuor veluti scuta obiecisse, cõsecrationis scilicet sacerdotalis, Chrismatis mystici, quo ab Episcopo illitus esset: obediẽtiæ, atq; diligentiæ, qua sacra peregisset. At cũ Ecclesiæ hostẽ iã profiteretur, omnia ista contẽnebat, nullã cõtra diabolũ vim habere ducebat. Quorsũ igitur ea vsurpasset? Cur imminentẽ, prementẽ, furentẽq; diabolũ alijs, quos meliores valentioresq; putaret, clypeis nõ arcuisset? Postea verò, *In isto*, inquit,

pano-

pauore & necessitate, volebam à me diabolum depellere: veterem seu obsoletam, quam in Papatu induere & tractare didiceram, galeam arripui, scilicet intentionem, & fidem Ecclesiæ. Veterem & obsoletam galeam arripuisti Luthere? cur non nouam, cur non à te recens fabrefactam? Nonne iam te Sacrosanctis cœlestibus armis contra Tenebrarum Principes omnes armaras? nonne verbi Dei, quo contereres & deleres diabolica omnia, præsidio circũuallatus iam eras? Quid tibi cũ rubiginosis Papatus galeis? Quid tibi cum Ecclesiæ Papisticæ fide ac intentione? In tanto metu, periculo tanto, contra tantum talemque hostem, cur à te iam fractas & quassatas ficulneas Papistarũ hastas repetis? plumbeos pugiones arripis? papyraceas cassides induis? Videlicet. fatendum quod res est. ista cum ageres; Catholicus adhuc eras. Papisticam nondũ fidem abieceras. à Vulcano arma noua nõdum

acceperas. aliquo advsque loco vetus armamentarium habebas. At inquies. quid argumentando nocturnæ huius scholæ tempus inquiris? Ipsemet diabolus, dum Luthero idololatriæ, quam, facienda Missa, grauissimam admisit, crimen obijcit; perspicuè, intentoq; pæne digito annum cõmonstrauit. Hæc enim eius oratio: *Doctißime vir, scin' te annos quindecim fere quotidie angularem Missam fecisse?* Ab eo igitur tempore quo Sacerdos factus fuit Lutherus 15. annos puta, & disputationis huius annum attinges. Recte omnino, nisi ratiocinationem & putationem istam incertam duo facerent. Vnũ, quod diabolus in crimine, cuius accusationem instituit, exaggerando versetur. Solet autem tunc etiam hominibus, multo magis mendacissimis geniis, hyperbolarum vsus aliquis concedi. Pigro ignauoq; filio dicit Parens; Tu dies totos dormis. Tu istos duodeuiginti ætatis annos

omni-

omnino perdidisti. Tu hoc ipso anno cẽtum nequiter aureos prodegisti. Quis omninò arithmeticè numeros istos sumẽdos putet? Quis ne vnã quidem diei horam somniculosum illũ vigilare, nullos vtiliter dies posuisse, nullum in necessarios vsus aureum consumpsisse credat? aut si à duodeuiginti annorũ spacio vnus & alter, vel annus vel mẽsis, & hebdomas desiderẽtur; si à centum aureorum summa, duo tresvé aurei vel batzij defuerint; quis à vero Parentẽ illũ deerrasse dicat? sic igitur fieri potuit, vt quindenos annos obiectarit dæmon. neq; præcisè tamẽ tot fuerint. sed aliquanto pauciores. Deinde ipsemet Lutherus in eadem enumeratione incõstans, varius, &, pro ut aliis in rebus omnibus, Caluino teste; hyperbolicus valde est. Anno 1521. de votis Monasticis librum ad Iohannem Lutherum parentem suum scripsit. In eius principio queritur, se annos natum ferè duos &

vigin-

viginti, Monasteriũ iniisse. rursumque se ferè 16. annos Monachum fuisse. At, inter Lutheranos etiam scriptores, constat eum anno 1508. vel 1509. Erfurti Monasticam vitam amplexatum. à quo tempore, si ad annum 1521. quo libellum illũ scribebat; numeres, cum non nisi 12. vel 13. anni occurrant, ab 15. illis tres vel 4. desiderabuntur. In symposiacorum capite 2. de Dei operibus, fol. 24. dum insignem suam vinolentiam, (quæ, in imagine illa, canthari & vitri symbolis notatur, & ab ipsius Medico Manlio sæpè satis insinuatur, & ab ipsomet, in iisdẽ symposiacis sæpius, fol. 443. 445.) excusaret, eamque quam honestissimis potuit verbis extenuando, sibi à Deo facile ignosci diceret; hisce verbis loquitur: *Si Deus ignoscere mihi potest, quod Missificando ipsum viginti prope annis crucifixerim & martyrisarim, potest etiam idem Deus boni consulere, quod bonum aliquando haustum ad*

Cur in Lutheri cum Diabolo disputantis imagine cantharus & vitrum.

ipsius honorem faciam. De re ipsa nihil hic dissero. Sed quæro quomodo 20. annos Christum Missis suis crucifixerit & Martyrisarit? Nam anno 1521. de abroganda Missa librũ iam ediderat, & Sleidano teste illã Wittembergæ iam abrogarat. Ab hoc igitur anno 1521. si annos viginti decerpamus, debuisset Lutherus anno 1501. sacerdotio initiatus fuisse, antequam vel ad hypodiaconatum per ętatem aptus esse potuisset, cum ab S. Martini pridiano, anni 1483. quo die pestis illa nata; nõ nisi octauum decimum ageret. Vel igitur, per exaggerationem, se 20. pæne annos sacrificasse memorat Lutherus, vel per ebrietatem, vel, quod verius opinor; per vtramque. Sunt id genus in Lutheri chartis cõplura. Sed, vt intelligatur, quamobrem epilogismo illo vti nolim, ea persequi omnia nihil necesse. Lutheranis tamen optionem faciamus, velintne omnino 15. annos istos à dia-

bolo

bolo positos accuratè in digitos mittere, an non? si velint, iam recipiant anno 1523. vel 1524. tantum mysteriorũ à dæmone Lutherano reclusum & communicatum fuisse, quo scilicet tempore illius oculos maiore quadam luce à Spiritu sancto affusos & collustratos fuisse in vulgus iactare solent: cum adusq; Papisticarum tenebrarum aliquantulũ retinuerit. Si nolint, vti meritò, prout satis antea probatum; nolle debent; sed auxesi nimia dæmonem tempus istud amplificasse nobiscum fateãtur, quid tandem residuum, nisi vt vel anno 1516. vel 1517. vel proximo quoq; tempore, pręter propter, Lutherum, priusquam impiam illã suã telam ordiretur, in diaboli textrinã, vanitatis disciplinã, errorum scholam, mendaciorum officinam, hæreseon gymnasium, profundis mediæ noctis tenebris, longe aliter quã Megaricum illũ ad Socratis sermones Euclidem iisse agnoscant, hor-

Gell. 16. 10.

reant,

reant, & contremiſcant? Nã de modo, quo inter ſe Magiſter & diſcipulus, dæmon & Lutherus collocuti, de antecedentibus, adiunctis, conſequentibus, quanquam eorum hactenus non pauca ſparſiſſe iã videor; vultis breuiter aliquid? Schola, Lutheri cubiculum fuit. qui colloquerentur, duo illi ſoli. Primas ſibi vendicauit dęmon: ſecundas Lutherus. Ille poſt captatam, à ſummę Lutheri doctrinæ titulo, beneuolentiam & attentionem, ad rem ſtatim aggreſſus eſt. argumenta omnino quinque propoſuit, quæ ordine, ſuum cuiq; numerum præfigendo, diligentiſſimus diſcipulus memoriæ mãdauit, & accuratiſſimè perſcripſit: eorundemq; confirmationes, amplificationes, propugnationes, concluſiones, repetitiones & vehementes iteratasque inculcationes. Ipſe vero idem diſcipulus nonnullam, principio, defenſionem parauit, argumẽtis quibuſdam reſponſi aliquid da-

8. quæ Schola.

9. Qui in Schola.

10. Quæ Magiſter propoſuerit.

11. Quomodo omnia ſtudioſè audierit, & edidicerit diſcipulus.

re vo-

12. *Credit Magistro discipulus, id est, diabolo Lutherus.*

Tres notæ Lutheri profectus sub diabolo Magistro.

I. nota.

re voluit, sed tandem peruictum se fatetur. fatetur veriora dæmonis argumenta esse, quàm vt iis respondere potuerit. assensum se iis proinde: neq; dubitasse à mendaciorum Patre puræ putæ veritatis doctrinā haurire. Id enim cum disputatione tota, tum vero, hisce aliquot notis, patefecit. Narrationem totam præfatione ista orditur. *A me ipso volo incipere, & coram vobis, sancti Patres, paruulam instituere confeßionem. Absolutionem, quæ vobis ipsis nihil noceat, mihi date.* Quid illud, *A me ipso volo incipere?* Quænam res, quam incipere vult? Quod negocium, cuius confessionem instituere? Paulò ante dixerat, quemadmodum Indulgentiæ, Purgatorium, Chrisma, consecrationes, peregrinationes, totusq; idolomaniarum (ita res sanctissimas homo impius lacerat) Papisticarũ aceruus deiectus & conuulsus pessum ierit. Hoc igitur quonam modo apud se factum sit, quanam ra-

:ione hæc omnia, quæ olim maxi-
ni fecisset, atq; vt sacrosancta co-
luisset, pro nihilo iam ducere, cõte-
mnere, ac irridere potuerit; expli-
care vult: hoc incipere, hoc narrare,
hoc & confiteri & profiteri cogitat.
Parumné apertè, hoc ipso limine,
vnde auitarum religionum cõtem-
ptionem hauserit, in aliosq; deinde
fuderit; explanat? Pergit. *Mihi in
corde meo disputationem istam diabolus
incepit.* Quid, *in corde meo*? An dæmõ
iste nullam oculis speciem, vt ima-
go præ se fert, nullam auribus vocẽ,
vt inter disputantes fieri solet, infe-
rebat? Solis tacitisq; animi cogita-
tionibus transacta omnia? Equidem
ad id quod volumus, abunde satis
idipsum foret. Sciunt enim qui vel
primoribus, vt aiunt, labris, natura-
lis ac diuinæ sapiẽtiæ fontes attige-
runt; tam cœlestes, quã inferos spi-
ritus, nõ minus efficaciter cum ho-
minum animis, sine forma vel sono
exteriore loqui, quam si eorũ ocu-

II. nota. An, specie aspectabili, Luthero dæmon apparuerit?

los vel aures, extrinsecus assumptis & effectis formis sonisq; compleret. Mentium enim ad mentes sermo, non colores, non voces, non aërem, non corporeas linguas, oculos, aures vllas postulat. & tamen, D. Paulo teste, angelorum linguæ sunt. eorum oratio quædam est. *Reuersus est*, inquit Zacharias, *Angelus qui loquebatur in me*. Iterumq; *Aio ad Angelũ, qui loquebatur in me*: dicens. *Quid sunt hæc Domine mi? Et respondit Angelus, qui loquebatur in me.* Sciunt præterea omnes vel q prima fidei Catechesi exculti sunt, istos Angelorũ vel inter ipsos, vel cum hominibus habitos sermones, rectè picturis, etiamsi ad oculos & aures corporei nihil omnino affluxerit; exprimi & cõformari, vti contra Caluinistas ipsi etiam Lutherani nobiscum docent, & suis in Bibliis paulò maioribus, vbi id genus imagines multæ visuntur; declarant. Cum igitur ista, vt dixi, constent, neque de iis inter nos

1. Cor. 13.

c. 4.

& Lutheranos dissensio vlla sit; quis disputationis huius historiã, de cuius veritate omnis ista disceptatio est; negare auderet, si specie, quæ aspectu non perciperetur; sermone, qui auditum minime feriret; inter Lutheri spiritum seu cor, & aterrimum orci spiritum accidisset? Verumenimuero ipsi antea ex Luthero audiuimus, diaboli vocem tunc grandem, vastam, robustamq́; fuisse. audiuimus verba tot & tam horrifica, quorum in Lutheri phantasia & memoria species impressæ & consignatę fuerint, plurimosq́; annos penitus infixæ insculptæq́; manserint. audiuimus eos eidem Luthero terrores obiectos, vt multus è toto corpore sudor manarit, & experientia ille ipsa didicerit, quemadmodum qui pridie lauti, cœnati, valentesq́; cubitum sese recepissent, mane suis lectis exanimes inuenti sint. Num fieri hæc omnia potuerunt absque vi vlla corporea, quæ corporeas

Lutheri partes afficeret, contraheret, permoueret? Quid tandem igitur illud, *in corde meo*? Puto significari, quod alias dici solet, *Loqui ad cor*: seu ita loqui, vt moueatur cor, assentiatur animus. Tum enim præclarè munere suo defungitur orator, cum eius vox non in auribus tantum, sed multo in corde magis sonat: in illudq; ita influit, vt quod propositũ erat, persuadeatur. ideoq; non sola exterioris vocis, quam profudisset dæmon, vastitate, nõ horrifico tantum boatu sese commotum, sed interiore etiam vi & energia, quæ ad cor ipsum pertinuit; ad diabolo assentiendum pertractũ, impulsumq; significat. Siue tamen in Lutheri corde tantum, siue, vt est probabilius; in ipsis etiam corporis sensibus disseruit diabolus, duo adhuc sunt, quæ certissimũ illud faciunt: tãtam diabolicæ orationis apud illum vim & auctoritatem fuisse, vt assensionem, vel tantillùm, tantis in rebus,

susti-

ſuſtinere noluerit: quin ad doctrinã illam tanquam cœleſte oraculũ ipſe adhæreſcere, aliosque deinceps omni ſtudio & conatu prolectare voluerit. Eſt vero duorum illorum hoc prius, quod, poſt altercationem omnem, Spiritum ſanctum quaſi agonothetam & victoriæ præconem ita loquentem inducit. *Confeſſus es, & non negaſti, diabolum veritatem dixiſſe ſeu victorem euaſiſſe, quod hactenus peccaris, & tanquam Iudas damnatus ſis; ſed nunc, ſicuti S. Petrus, te ad Chriſtum conuerte, & pro te quid egerit vide.* Non laboro, quam Spiritu ſancto, qui Eccleſiæ Catholicæ Rector, cuſtos, & Doctor perpetuus; indigna hæc oratio ſit, quaſi tot ſæcula illam in iis omnibus, quæ ineptiſſimis quinque argumẽtulis veterator nequiſſimus oppugnauit; fœdè turpiterq; labi & errare ſiuerit, neque per incuriam, ſomnum vel obliuionẽ munere ipſe ſuo perfunctus ſit; de hoc inquam non laboro. (ſatis enim pro imma-

nis blaſphemię atrocitate queri iam non licet) ſed hoc ago, Lutherum nō modo ſponte libenterq́; profiteri, ſe diſputāti diabolo aſſenſum: ſed huius etiam rei teſtem, præconem, arbitrum, & iudicem Spiritum ſanctum iactitare. O inſaniam inſaniſſimam! ô Lutheranorum, ſi qui hæc forte legunt aut ſciunt, inauditam cæcitatem! E duobus tamen quæ di-

III. nota. cebam; poſterius iam addamus. Extrema diſputatione, Lutherus ſeipſum partim iocis, partim ſeriis rebus excuſare conatur: ſed ita, vt apud prudentes minimeq́; ſtupidos, ſe alio quolibet accuſatore grauiùs, accuſet. Quemadmodum enim, in Rhetorum ſcholis, Milo ſeſe Clodium occidiſſe fatetur, ſed recte ac iure feciſſe contendit: ita & Lutherus, cōiecturæ ſtatu relicto, ad cōſecutionem, ſeu qualitatis ſtatum cōfugit. fatetur ſe cum diabolo diſputaſſe. ipſius rationibus aſſenſiſſe. doctrinā ab illo traditā approbaſſe: ſed

bene

bene ac merito fecisse omnia, credi vult. primò quidem & seriò, quia ille vehemẽs admodum & acutus disputator est. Deinde, quia optime & artificiosissimè mẽtiri nouit. tertio, quia vera falsis admiscere solet. De quibus tribus excusationibus quam Lutherum nihil iuuent, cuilibet eas ad rationis trutinam reuocãti iudicare facillimum est, idq; iamiam ostẽderem, nisi quod Lutherus fecit, mihi hoc tempore minime faciendum putarem, vt, cõiecturæ controuersia, quam solam examinandã susceperi, deserta, in alterã temere irruã. Erit aliud forte tempus cum licebit: nũc de vltima, quę sola speciem præ se aliquã fert; tãtum moneo; verum esse, callidissimum illum archisophistam esse: verissimum, vera falsissimis nonnulla interdum miscere: sed sæpissime solis falsis contentum, veri omnino nihil adiungere, vt certe hic cum Luthero factum, Cum enim is illum, proposita Mis-

Lutherus vult se rectè fecisse, quod diabolopoti° quàm Ecclesię Christi sponsæ crediderit. ob causas 3. VII. arg. à refutatione triũ Lutheri excusationum

Omnes enim perfriuola.

maxime tertia.

ſarum, Euchariſtiæ, totiusque pænè Catholicę religionis falſitate, quam iā inde à pueris, tot ipſe annos, coluiſſet; id ſpectaſſe velit, vt ad deſperationem ſeſe perduceret; indicat, diabolicæ huius diſputationis ſummam totam ſyllogiſmo iſto vno aſtringi poſſe.

Quiſquis grauiſſime peccauit, deſperare debet.

Sed tu Luthere Miſſas faciēdo, Euchariſtiam ſub vna ſpecie dando, vel accipiēdo, ſacerdotalia munia obeundo, Catholicam fidem quam tuo in baptiſmate, & deinceps in omni vita profeſſus es, quaq́; ad hoc vſq; tempus in Eccleſia Chriſtiana ſtat vigetq́; retinendo & colendo, grauiſſimè peccaſti.

Ergo deſperare debes.

Quis vero adeo cæcus, vt ſumptionum vtramq; falſiſſimam nō videat? Quis nō dialecticarum præceptionum, ſed primorum Chriſtianæ pietatis rudimentorum adeo ignarus, vt tam propoſitionem, quàm

assumptionem Luthero pernegandam fuisse non intelligat? Ipse verò solam, quam vocant, maiorem negauit, de minore se à diabolo doceri passus est. eius quinque rationes attentissimè audiuit: admisit cupidissimè, libentissimè suscepit, laudauit, re factoq; ipso comprobauit, non aliter quàm si, quod absit, ad nostrum quemlibet, sub proximæ noctis dimidium, ex imo inferorum barathro veniret diabolus, nosque disputando vel Arianos, vel Iudæos, vel Turcas, efficere vellet, ac diceret.

Quisquis grauissimè peccauit, desperare debet. Sed tu N. N. CHRISTVM IESVM *quasi verum Deum hactenus adorando, Sacrosanctam Trinitatem in vna essentia diuina profitendo, noui testamenti libris & epistolis fidem adhibendo, baptismum, Eucharistiam, totam deniq; Christianam religionem quam tuo in baptismate, & deinceps in omni vita professus es, quæq; ad hoc*

vsq; tempus in Ecclesia Christiana stat vigetq; retinendo & colendo grauissimè peccasti.

Ergo desperare debes.

An si, quod iterũ iterũq; absit;nos in propositione resisteremus;de assũptione verò, quæ afferre posset;argumẽta nõ inuitis aurib⁹ audiremus, animo suspiceremus, facto ipso cõplecteremur,an tũ inquã gloriari possemus,nos,quod in diaboli argumẽtatione verũ erat; amplexatos,quod falsum aspernatos?an non potius verissimũ foret,nos ab illo fallacissime deceptos, excæcatos,dementatos? an nõ certissimum, illo nos duce, Magistro & doctore ad impietatem illam infelicissimè vsos,& si eam alios doceremus; eos etiam ipsos omnes, ex diaboli itidem Schola profectos esse,ab eodemq; miserrime falsos,circumscriptos, illaqueatos:Hoc,per Deum immortalem, hoc inquam, quod tanti momenti est, in quo æterna omnium salus vel exitium, è

quo

quò vita vel mors nullo vnquam tempore finienda; seriò secum miseri & ter quaterque miseri mortales exputent, qui ad Lutheri sese Magisterium à Catholica S. Petri eiusque successorum Cathedra cōtulerunt. Quid enim est, cur in extremo iudicij die absolui queant? quid est, quo vel coram hominibus causam aliquo modo suam tueri possint? Habent Lutherum fatentem, se, diabolo Magistro vsum esse: Vidēt illū ab illo deprauatū & excęcatū: vidēt illo hortatore & impulsore vetera instituta deseruisse, pristinā fidē perdidisse, Catholicā sanctitatē oppugnasse; quid hęrēt? quid expectant? cur ab hęresi ad fidē, à seditiosa Patrū dissēsione ad Catholicā orbis totius cōsensionē, à Luthero ad Ecclesiā, à diabolo ad CHRISTVM nō reuertūtur? Ad extremū clarissima voce, vt (etsi iā pęne irrausi) ab omnibus exaudiar, hoc dico, hāc Lutheri cū diabolo cōgressionē

VIII. arg. primarium a Lutheranorum testimonio. *Qui tacet, consentire videtur.*

& diſputationem adeo certam eſſe, vt cum ſæpiſſimè Lutheranis Caluinianiſque ſcriptoribus de ea loquendi occaſio ſeſe offerat, ſummo tamen eam ſilentio ſemper tegant. Legite, qui Lutheri vitam, reſq; geſtas omnes putidiſſimè perſecuti ſunt, Lutheranos, itemq;, qui de errorum nouorum primis conditoribus, ſuperſtitionũ ſatoribus & progenitoribus. de diabolorum vi, natura, fraude, apparitionibus, artib⁹, & doctrinis aliquid totos ſexaginta hoſce annos lucubrarunt, Iuſtum, Ionam, Matthæſium, Aurifabrum, Schleidanum, Funccium, Carioné, Manlium, Chytræum, Oſiandrum, Nigrinum, Schmidelinum, Zwingerum, Bodinum, Biermannum, Friſchlinum, innumerabiles alios. Mutiſſimi omnes. Interrogate, qui Lutheri volumina omnia nondum legerunt, Lutheranos quotquot & quales velitis, an de hiſtoria iſta quidquam domi, vel foris, in primis

puerilium litterarum ludis, in maiorum artium ſcholis & Academijs, in templis & concionibus, ſuis à parentibus, domeſticis pædagogis, Magiſtris, Profeſſoribus, Prædicantibus, qui alioquin linguaciſſimi; audierint. & ne voculam à ſe vnquã auditam dicent pænè omnes. Quid ita? Quod à Luthero ſcriptum vehementiſſime dolent, id commemorando in lucem efferre, multiſque diabolicum Lutheranæ doctrinæ fundamentum indicare perhorreſcunt. Et, quo vix mirum magis quidquam, cum tot quotidie libros, ſpongias, apologias, antigrãmata, reſponſiones, theſes, antitheſes, logos, antilogos excudant, & excutiant, vt Francofurtenſium nundinarum indices vix aliud quidquã (Catholicorum enim libros è multis vix pauculos hæretici Typographi annotant) indicent, qui tamen inſigne hoc in tota eorum doctrina inhærens, penitusq; infixum dede-

cus & probrum elueret, ne vnum quidem, ad hanc vſque horam, mihi, etiamſi diligentiſſimè crebrò perquiſierim, videre adhuc contigit. Iam inde ab eo tempore, quo apocalypſin iſtam ſuam, vel, ſi mauultis, nocturnam Pentecoſten (Nō enim interdiu, *hora diei tertia*, Spiritum ſanctum cum Apoſtolis accepit, ſed nocte media, cum Magis & veneficis, erroris & mendacij ſpiritum) indicare auſus fuit Lutherus, toties, tam multi, tam grauiter, tot diſputationibus, libris, ſermonibus, imaginibus, tanta cum aſſeueratione, ipſi adhuc viuo & ſpiranti Luthero, Lutheraniſque poſtea omnibus, ſeu ſectæ, quam ſequerentur, labem extremamq́; infamiam obiectarunt Cochlæus, Hoſius, Lindanus, Prateolus, Surius: Alanus, Duræus, Albimœnius, Ederus, Naſſus, Rabus, Perpinianus, Bellarminus, Vlenbergius, alij, in quibus aliqui etiā hic iam præſentes; & tamē

Act. 2.

ex tanto tãq; immenso scribentium & scriptorculorum numero, qui respondere ausus fuerit, omniũ nemo inueniri potuit, præter infelicẽ illũ vnũ Illyricũ, qui cũ contra Societatis IESV Patres libellum anno 1570. edidisset; factũ ipsum cõcedit, & defensionem sanè quam ineptissimã, de qua forte alias; molitur. Nisi causæ diffiderent, nisi omnino, quod, vel probabiliter afferrent, nihil omnino haberent; nunquam, quæ ipsorũ vel audacia vel os est; suas ad quidlibet effutiendũ, scribendũ & audendum proiectissimas linguas, calamos, & manus tã diu tenere potuissent. At verò sic res habet. Quicũq; Lutheri tomũ in manus sumit; historiæ veritatẽ statim fateri debet: eius verò verã apologiã nemo vel ingenio vel doctrina vel artificio vllo consequi rectè potest. vt non dubitem vos, ornatissimi Auditores, rogare, vt hoc tanquam verissimum, certissimum, & vtilissimũ omnibus

& vbilibet Lutheranis liberrimè dicere audeatis. si quid, quod vel minimum veritatis alicuius colorem habeat; responsi ab vllo feratis, id mecum communicare dignemini. Spondeo enim futurum, vt vel aliquorum animos ab offusa istà caligine ad veram Ecclesiæ lucem, æternumque tandem, quo illa & in terris & in cœlis splendescit; solem traducatis: vel extremam eorũ quæ responsuri sint, & per vos ipsos, &, si non repudiabitis; per me ipsum, qui meam ad id aliaq; id genus honesta omnia, operam omnem, studium, & industriam, quãtulacumq; ea est; libentissimè prolixissimeq; defero; inanitatem perspiciatis. Et, vobis vt iam præeam; agite Lutherani omnes, maximè qui paulo forte natura estis simpliciores, quibus aliena potius fraus & malitia, quàm obstinatio propria officit, per æternam vestram salutem, perq; salutis eiusdem auctorem & largitorem CHRISTVM

Conclusio.

IESVM, Dominum & Saluatorem noſtrũ, agite. cogitate an tutũ ſit ea in doctrina viuere vos & mori, cuius fundamẽtum à diabolo iactum certiſſimè cõſtat: cuius parietes excitauit, tectũq; is impoſuit, qui ab mendaciorum omnium architecto formam & ideã nocturno ſe colloquio accepiſſe ipſemet aſſerit, prædicat, profitetur. Nolo (quemadmodum recepi, & hactenus non quantum, ſed plus etiam quam res ipſa tulit; obſeruaui) acerbè, multo minus maledicè vel contumelioſè quidquam dicere, nolo aculeatiùs vllũ omnino pungere ac perſtringere: ſed tamen CHRISTVS ipſe, manſuetudinis & modeſtiæ ſummum ac veriſſimum exemplar, Iudæis quondam dixit, Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere.* Quid Lutheranis ergo non reſipiſcentibus, vbi præſertim de Luthero, ipſiusq; Magiſtro & Doctore iſta cognouerint, olim, cum ad Patris dexteram, vi-

uos & mortuos iudicaturus considebit; dicturus est? Dixi.

Permissu superiorum.

Approbatio.

Huius disputationis Diaboli cum Luthero à Lutherano Licentiato Nicolao Amsdorfio data.

Extat tom. 2 Wittemberg Latino, Epist 1. Amstorfij ad Lutherum fol. 526.

Iam relicto libro tuo, von der winckel Meß, mi Pater in Christo reuerende (Luthere) inuenio, non quod me, sed aliquos bonos & pios, vt arbitror, viros offedit, nempe illud quod asseris, Christianum posse videre & audire Missam. Hallenses enim & Lipsenses suam impietatem per hoc defendere conantur, vel potius excusare. Habes iam quod displicet. Nunc audi quæ placent. Reliqua omnia mihi summè placent. nihil inueni, quod offendat, nec quod offendere debeat bonum virum & pium. Imo talia sunt omnia, quæ necessaria sunt hoc tempore. Et si non esset editus, neceße esset, quod adhuc ederetur libellus iste &c. Tu perge tales Libellos nobis scribere, maximè de Ecclesia quam Aduersarij iactant, & nobis obijciunt semper. Vale in Christo mi Pater & Deũ pro nobis ora, maximè pro fratribus afflictis ab Episcopis. Magdeburgæ. 4. feria post Conuersionis Pauli anno 1534.

Tuus Nicolaus Amsdorff.

APPROBATIO APPROBATIONIS.

Verebar vt hęc disputatio Lutheri cum Diabolo, approbationem inueniret,

nec

nec apud Lutheranos quidem, apud quos de illa tam altum est silentium, ita vt ne defendant illam quidem contra eos qui toties Luthero pædagogium hoc Diabolicũ opprobrant. Sed quia Lutherus vnum inuenit qui applauderet, illudq́ꝫ, *Optimè*, acclamaret, noluimus neq; Lutherum, neq; Diabolum vtrumq; tam acriter depugnãtes, hunc victorem, illum victum, sua laude laudatoreq; fraudare. Is est Lutheri intimus Amsdorfius, cui cùm omnia *summè* placeant, quæ in libro de Angulari Missa continentur, necesse est, vt *summè* quoque placuerit hoc tam familiare, licet acre, cũ Diabolo Colloquium, quod in illo ipso libro de Angulari Missa, magno verborum apparatu, plures paginas explet. Vnum tamen Amsdorfio displicet, nempe, quod Lutherus dixit. *Christianum posse videre & audire Missam.* Hoc quid aliud est, quàm quòd displicuerit Amsdorfio, diabolum non pleniùs, citiùs, & gloriosiùs victorem fuisse? Nam tota illa disputatione Diabolus aliud non agit, quàm vt Missam funditus euellat & euertat. At contrà Lutherus adhuc ait, *Christianum posse videre & audire Missam.* Nondum scilicet omnino victus est Lutherus à Diabolo. Et hoc est quod Amsdorfium & *aliquos bonos & pios, vt arbitror,* (ita loquitur Amsdorfius) *viros offendit.*

Ex Ingolstadiensi pererudita in primam hanc orationem præfatione ad

ILLVSTREM ATQVE GENEROSVM DOMINVM, DOMINVM IACOBVM Liberum Baronem de Turn, Neuenpeurn & Auu, Pincernam hæreditarium Archiepiscopatus Salisburgensis, &c.



ÆRESES à Diabolo tanquam ab auctore proficisci, docent nō vno loco Sācti patres, ILLVSTRIS AC GENEROSE BARO, *Videns enim Diabolus templa Dæmonum deseri*, inquit S. Augustinus, *& in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, hæreticos mouit, qui sub vocabulo Christiano, doctrinæ resisterēt Christianæ.*

S. August. libr. 18. de ciuit. Dei c. 51.

stianæ.

stianæ. Videns idola derelicta, ait S. Cyprianus, *& per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitauit nouā fraudem, vt sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos. Hæreses inuenit & schismata, quibus subuerteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet vnitatem. Rapit de Ecclesia homines, & dum sibi appropinquasse iam lumini atque euasisse seculi noctem videntur, alias nescientibus tenebras rursus infundit, vt cum Euangelio Christi, & cum obseruatione eius & lege non stantes, Christianos se vocent; & ambulantes in tenebris, habere se lumen existiment, blandiente aduersario atq; fallente, qui, secundum Apostoli vocem, transfigurat se in Angelum*

S. Cyprian. lib. de vnit. Ecclesiæ.

gelum lucis, & ministros subornat suos, velut ministros iustitiæ, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi. Cæterum licet ex testificatione sanctorũ patrum nobis manifestum non esset, quisnam sit magister & institutor Hæreticorum, & ex qua Schola hæreses prodeant; id tamẽ hac ętate probè exploratum haberemus testimonio ipsorũ Hæresiarcharum Zvvinglij & Lutheri, qui publicis librorũ monumentis testatum fecerunt, se Diaboli magisterio vsos, & ex intricatissimis nodis exsolutos & expeditos fuisse: quam

confeſſionem nō poſſum non vehementer laudare; *Eſt enim benignum & plenū ingenui pudoris fateri per quos profeceris* vt iam olim rectiſſimè Plin. ſcripſit. Ergo pudori ingenuo conuenienter, candidè faſſus eſt Zvvinglius, cui Doctori profectum ſuum acceptum referat. Faſſus eſt idem adhuc candidius & liberalius Lutherus. De Luthero nonnihil poſtea. Nunc de Zvvinglio, qui cum verba illa: *Hoc eſt corpus meum*; ita explicare diſcuperet: *Hoc*, panis videlicet, *ſignificat corpus meum*; nec tamen exemplum ex Sacris litteris ſuppeteret, quo verbum, EST, pro verbo, SIGNIFICAT,

expreſsè vſurpari probaret; hæ-ſitanti & in tanto ſalo fluctuã-ti adfuit lucifugus ille nocturnuſque Doctor; opemq; eam tulit, quam Zvvinglius ipſemet his verbis extollit & prædicat. *Reſtabat adhuc haud minimus conatus, quo ſcilicet exempla proderemus, quæ nulla cum parabola coniuncta forent. Cœpimus ergo cogitare omnia: omnia reuoluere. Aliud tamen nihil exemplorum occurrebat, quàm quod in commentario proditum eſt, aut quod occurrebat, erat illorum ſimile. Cum verò tredecima dies appeteret (vera narro adeoq; vera, vt celare volentem conſcientia cogat effundere, quod Dominus impertijt, non ignorans, quantis me contumelijs, riſibuſque*

Zvvinglius in ſubſid. de Euchariſt. Tom 2. operum Zvvin.

expo-

exponam) cum, inquam, tredecima Aprilis lux appeteret, visus sum mihi in somno, multo cum tædio denuo contendere cum aduersario scriba, sicque obmutuisse, vt quod verum scirem, negante lingua beneficium suum, proloqui non possem: qui me angor, vt solent nonnunquam somnia fallaci ludere nocte (nihil enim altius, quàm somnium narramus, quod ad nos attinet, tametsi leue nō sit, quod per somnium didicimus) gratia Deo, in cuius solius gloriam ista prodimus, vehementer turbare videbatur. Ibi ἀπὸ μηχανῆς, *visus est monitor adesse, (*ATER FVERIT AN ALBVS *nihil memini, somnium enim narro) qui diceret: Quin ignaue respōdes ei, quod Exodi 12. scribitur:* EST *enim phase, hoc*

est, transitus Domini: protinus ut hoc Phasma visum est, simul expergefio, & è lecto exilio, locum apud septuaginta primùm undique circumspicio, ac de eo coram tota concione pro virili dissero. Qui sermo, ubi acceptus est, omnibus sacrarum litterarum candidatis, qui adhuc nõnihil propter parabolæ obstaculum hærebant, omnem nebulã discussit. Hactenus Zvvinglij verba: Quæ Lutherani Zvvinglianis sæpissimè obiiciunt, tãquam ære perennius monumentum beneuolentię & gratitudinis Zvvinglij in spiritualem illum suum Doctorem; quem Atrvm fuisse Lutherani nõ dubitant: & rectè quidem. Et quamuis albus fuisset: emẽ-

tita tamẽ ſpecie duntaxat; non reipſa albus fuiſſet; quippe Angelus caliginis in Angelum lucis fallaciter transformatus. Nunc cum Zvvinglius neſciat *ater an albus* fuerit: ſine temeritate credere poſſumus *atrum* fuiſſe tam ſpecie quàm indole & genio. & hoc nõ modò propter auctoritatem Lutheranorum, qui hoc conſtantiſſimè affirmãt; ſed etiam inde, quod Zvvinglio ſpiritus ille fidelem operam nauauit: vt Chriſtus ex Sacramento excluderetur; Miſſa Tiguri penitus abrogaretur; vetuſque religio exterminaretur. Cum enim teſtimonia: quæ Zvvinglius pro ſuo errore adduxerat, Senatui

Vide præfat. Luth[e] in refut. Orthod. conſenſu[s] & Smid i[n] admonit. de ſynop[s] orat. Gry[-] næi.

Tigurino non viderentur admodũ firma & solida; opportunè accurrit Præceptor Zvvinglij, & locum illum ex 12. cap. Exodi suggessit; quo, velut ariete, Zvvinglius omnes auitæ fidei ritus & cæremonias postrauit, & quidquid animo cõceperat, transactum dedit, vt ipsemet gloriatur. Interim mirari non iniuria possumus leuitatem vel potius stultitiam Zvvinglij, & eorum, qui in Zvvinglij castris militãt; quòd in re tanti momenti fidem adhibuerint, & etiamnum adhibeant spiritui, de quo Zvvinglio non liquebat, *albus an ater*; hoc est, Angelus an Diabolus esset? Vbi, oro, illud? *Probate spi-*

To.1.c.4. v 1.

ritus, si ex Deo sint. Nimirũ Zvvinglio perinde erat, siue à Diabolo, siue à S. Angelo pro hæresi sua cõstabilienda subsidiũ acciperet: Hæretici enim *flectere cum nequeant superos, Acheronta mouere* & ab *atro spiritu* instrui minimè perhorrescunt. Hanc Tigurini impostoris & seductoris tam fœdam & flagitiosam confessionem, meritissimò occinunt, oggerunt, & ingerunt Lutherani Zvvinglianis & Caluinianis: illud autem immeritò agunt Lutherani, quod non vident manticæ quę in tergo sunt; quod inquã obliuiscuntur, qua in Schola, & à quo doctore Lutherus institutus sit; cum tamen Lutherus

Magiſtro ſuo Diabolo dida-ctron ſeu mineruał longè ma-ius & honorificentius perſol-uerit, & beneficia ab illo acce-pta ore multò pleniore & ſo-nantiore celebrauerit, quàm Zvvinglius. Nec illud admira-tione caret, quòd Zvvingliani tam excordes ſunt, vt Luthera-nis Zvvinglio nigrum Docto-rem obiectantibus, vicem non referant; illudq; Comici non-nihil mutatum reponant: vi-tium quod de parente noſtro prędicatis, id itidem veſtro pa-renti eſt. In eodem ludo, ſub eodem ludimoderatore edu-ctus & edoctus eſt. Eidem fe-rulæ manum ſubiecit: teſtante id ipſo Luthero; non obiter, &

quaſi aliud agendo, ſed accuratè, attentè, ſollicitè.

Cæterùm quod tam à Lutheranis, quàm à Zvvinglianis obliuiosè & oſcitanter omiſſum eſt; id egregiè præſtitit N. S. ex Societate IESV Theologus, &c.

ORATIO SECVNDA.

VTRVM RECTE PHILIPPVS MELANCHTHON EX ARTIVM MAGISTRO Pistor; Andreas Carolstadius ex Theologiæ Doctore Arator, rusticusq; Corydon factus sit?

Vel potius generatim

Vtrum Christiani, & maximè Religiosi nominari possint Magistri & Doctores?

Habita Herbipoli die XXIII. *Nouembris Anno* CIↃ. IↃ. LXXXVIII.

Matth. 3. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?*



LICEAT mihi, Auditores; bona vestra venia Dominum Candidatū verbis iis affari, quibus Christum Dominum sanctissimus ille Baptistes affabatur. Etsi enim minutula hæc hodiernæ actionis recula cū illa omnium grauissima

uissima parum aptè cōfertur, nosq; homuli abiectissimi ad memoratas iam personas nihil omnino sumus: quę res tamen ipsi Iohanni voces illas metus admirationisque plenissimas extorsit; eadem me nunc ita loquentem facit. Nam qui se à me hodierno die laureari petit N. N. eiusmodi est, vt si mihi ipsi Magisterij laurea capienda esset, eamq; ad rem vnus aliquis ex ingenio, doctrina, & virtute sortiendus; in felicissima sorte reponerem, si ille ipse laureandus meus, laureator mihi obtingeret. Quod ego facillimè clarissimeque ostenderem, nisi vererer, ne grauis nimiū & importunus ipsius pudori præco existerem. Iam enim tacitus, vt ex ipso vultu oculorumque deiectu conspicio, illud mihi dicit, ac penè acclamat: *Sine modo. sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Sinam igitur. quia ita vult. aggrediar. Solem illuminabo. Ibid.

Prius tamen laudatissimo Acade-

gelum lucis, & ministros subornat suos, velut ministros iustitiæ, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi. Cæterum licet ex testificatione sanctorũ patrum nobis manifestum non esset, quisnam sit magister & institutor Hæreticorum, & ex qua Schola hæreses prodeant; id tamẽ hac ętate probè exploratum haberemus testimonio ipsorũ Hæresiarcharum Zvvinglij & Lutheri; qui publicis librorũ monumentis testatum fecerunt, se Diaboli magisterio vsos, & ex intricatissimis nodis exsolutos & expeditos fuisse: quam

confessionem nō possum non vehementer laudare; *Est enim benignum & plenū ingenui pudoris fateri per quos profeceris* vt iam olim rectissimè Plin. scripsit. Ergo pudori ingenuo conuenienter, candidè fassus est Zvvinglius, cui Doctori profectum suum acceptum referat. Fassus est idem adhuc candidius & liberalius Lutherus. De Luthero nonnihil postea. Nunc de Zvvinglio, qui cum verba illa: *Hoc est corpus meum;* ita explicare discuperet: *Hoc*, panis videlicet, *significat corpus meum*; nec tamen exemplum ex Sacris litteris suppeteret; quo verbum, EST, pro verbo, SIGNIFICAT,

expreſsè vſurpari probaret; hæſitanti & in tanto ſalo fluctuãti adfuit lucifugus ille nocturnuſque Doctor; opemq; eam tulit, quam Zvvinglius ipſemet his verbis extollit & prædicat. *Reſtabat adhuc haud minimus conatus, quo ſcilicet exempla proderemus, quæ nulla cum parabola coniuncta forent. Cœpimus ergo cogitare omnia; omnia reuoluere. Aliud tamen nihil exemplorum occurrebat, quàm quod in commentario proditum eſt, aut quod occurrebat, erat illorum ſimile. Cum verò tredecima dies appeteret (vera narro adeoq; vera, vt celare volentem conſcientia cogat effundere, quod Dominus impertijt, non ignorans, quantis me contumelijs, riſibuſque*

Zvvinglius in ſubſid. de Euchariſt. Tom 2. operum Zvvin.

expo-

exponam) cum, inquam, tredecima Aprilis lux appeteret, visus sum mihi in somno, multo cum tædio denuo contendere cum aduersario scriba, sicque obmutuisse, vt quod verum scirem, negante lingua beneficium suum, proloqui non poßem: qui me angor, vt solent nonnunquam somnia fallaci ludere nocte (nihil enim altius, quàm somnium narramus, quod ad nos attinet, tametsi leue nõ sit, quod per somnium didicimus) gratia Deo, in cuius solius gloriam ista prodimus, vehementer turbare videbatur. Ibi ἀπὸ μηχανῆς, *visus est monitor adesse, (*ATER FVERIT AN ALBVS *nihil memini, somnium enim narro) qui diceret: Quin ignaue respõdes ei, quod Exodi 12. scribitur:* EST *enim phase, hoc*

eſt, tranſitus Domini: protinus vt hoc Phaſma viſum eſt, ſimul expergefio, & è lecto exilio, locum apud ſeptuaginta primùm vndique circumſpicio, ac de eo coram tota concione pro virili diſſero. Qui ſermo, vbi acceptus eſt, omnibus ſacrarum litterarum candidatis, qui adhuc nõnihil propter parabolæ obſtaculum hærebant, omnem nebulã diſcuſſit. Hactenus Zvvinglij verba: Quæ Lutherani Zvvinglianis ſæpiſſimè obiiciunt, tãquam ære perennius monumentum beneuolentię & gratitudinis Zvvinglij in ſpiritualem illum ſuum Doctorem; quem Atrvm fuiſſe Lutherani nõ dubitant: & rectè quidem. Et quamuis albus fuiſſet: emẽ-

rita tamẽ ſpecie duntaxat; non reipſa albus fuiſſet; quippe Angelus caliginis in Angelum lucis fallaciter transformatus. Nunc cum Zvvinglius neſciat *ater an albus* fuerit: ſine temeritate credere poſſumus *atrum* fuiſſe tam ſpecie quàm indole & genio. & hoc nõ modò propter auctoritatem Lutheranorum, qui hoc conſtantiſſimè affirmãt; ſed etiam inde, quod Zvvinglio ſpiritus ille fidelem operam nauauit: vt Chriſtus ex Sacramento excluderetur; Miſſa Tiguri penitus abrogaretur; vetuſque religio exterminaretur. Cum enim teſtimonia: quæ Zvvinglius pro ſuo errore adduxerat, Senatui

Vide præfat. Luther. in refut. Orthod. conſenſus & Smid in admonit. de ſynopſi orat. Grynæi.

Tigurino non viderentur admodũ firma & solida; opportunè accurrit Præceptor Zvvinglij, & locum illum ex 12. cap. Exodi suggessit; quo, velut ariete, Zvvinglius omnes auitæ fidei ritus & cæremonias postrauit, & quidquid animo cõceperat, transactum dedit, vt ipsemet gloriatur. Interim mirari non iniuria possumus leuitatem vel potius stultitiam Zvvinglij, & eorum, qui in Zvvinglij castris militãt; quòd in re tanti momenti fidem adhibuerint, & etiamnum adhibeant spiritui, de quo Zvvinglio non liquebat, *albus an ater*; hoc est, Angelus an Diabolus esset? Vbi, oro, illud? *Probate spi-*

To. 1. c. 4. v 1.

ritus,

ritus, si ex Deo sint. Nimirũ Zvvin glio perinde erat, siue à Diabo-lo, siue à S. Angelo pro hæresi sua cõstabilienda subsidiũ acciperet: Hæretici enim *flectere cum nequeant superos*, *Acheronta mouere* & ab *atro spiritu* instrui minimè perhorrescunt. Hanc Tigurini impostoris & seductoris tam fœdam & flagitiosam confessionem, meritissimò occinunt, oggerunt, & ingerunt Lutherani Zvvinglianis & Caluinianis: illud autem immeritò agunt Lutherani, quod non vident manticæ quę in tergo sunt; quod inquã obliuiscuntur, qua in Schola, & à quo doctore Lutherus institutus sit; cum tamen Lutherus

Magiſtro ſuo Diabolo didaĉtron ſeu minerual longè maius & honorificentius perſoluerit, & beneficia ab illo accepta ore multò pleniore & ſonantiore celebrauerit, quàm Zvvinglius. Nec illud admiratione caret, quòd Zvvingliani tam excordes ſunt, vt Lutheranis Zvvinglio nigrum Doĉtorem obieĉtantibus; vicem non referant; illudq; Comici nonnihil mutatum reponant: vitium quod de parente noſtro prędicatis, id itidem veſtro parenti eſt. In eodem ludo, ſub eodem ludimoderatore eduĉtus & edoĉtus eſt. Eidem ferulæ manum ſubiecit: teſtante id ipſo Luthero; non obiter, &

quasi aliud agendo; sed accuratè, attentè, sollicitè.

Cæterùm quod tam à Lutheranis, quàm à Zvvinglianis obliuiosè & oscitanter omissum est; id egregiè præstitit N. S. ex Societate IESV Theologus, &c.

uissima parum aptè cōfertur, nosq; homuli abiectissimi ad memoratas iam personas nihil omnino sumus: quę res tamen ipsi Iohanni voces illas metus admirationisque plenissimas extorsit; eadem me nunc ita loquentem facit. Nam qui se à me hodierno die laureari petit N. N. eiusmodi est, vt si mihi ipsi Magisterij laurea capienda esset, eamq; ad rem vnus aliquis ex ingenio, doctrina, & virtute sortiendus, in felicissima sorte reponerem, si ille ipse laureandus meus, laureator mihi obtingeret. Quod ego facillimè clarissimeque ostenderem, nisi vererer, ne grauis nimiū & importunus ipsius pudori præco existerem. Iam enim tacitus, vt ex ipso vultu oculorumque deiectu conspicio, illud mihi dicit, ac penè acclamat: *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Sinam igitur. quia ita vult. aggrediar. Solem illuminabo. Ibid.

*Prius tamen laudatissimo Acade-

miæ more; paucula, de quæstione vna differam, quæ & cum mea Dominique Candidati professione congruat, &, vti quidem spero, vobis, *Auditores*, vtilitatis aliquid afferre queat. Ea vero est; *Sitne* CHRISTI *Domini legibus consentaneum, nos Baccalaureos, Licentiatos, Magistros & Doctores nūcupari?* Etenim vox in noui Testamenti tabulis hæc incisa est.

Quæstio.

Matth.23. *Nolite ab hominib. vocari Rabbi.* Quid est *Rabbi*? *Quod interpretatum*, inquit

c. 1. S. Iohannes, *dicitur Magister.* Quid clarius? Vetat summus ille cœlestisque legislator, ne nostrum quisquā Magister vocetur. Mi Domine Cādidate, quid agimus? præconē paulò ante agere volebam. vix me iam contineo, quin patruum agam, & patruū, vt Plautinè dicam; patruissimū. Ambo Christiani sumus. ambo Theologi. ambo Religiosi. ambo Societatis IESV Candidati. Cur Christiani CHRISTVM non audimus dicētem, Magister nemo nun-

ipator? Cur Theologi verbo id do-
mus, facto dedocemus? Cur Reli-
osi titulos captamus, quos etiã sæ-
ılares defugere oportet? Cur so-
i IESV, IESV voluntatem negligi- Matth. 23.
us? maxime cum id ille gemina-
præcepto, tam seriò, tamque stu-
osè prohibitum voluerit; O me
nprudentem, qui à Pericle cum di-
cerim, amicis tantum vsq; ad aras
ratificandum; tibi Magisterium à Gell. l. 1. c. 3.
ne petenti annuerim. O iterum im-
rudentem, qui ab ipso D. Petro
ım audierim, *Deo magis quam ho-* Act. 5.
minibus obediendum; Artium tamen
cultati hasce mihi partes imponē-
obsecundarim. Si enim Magister
ocari nemo debet, vtiq; nemo etiã
Iagistrũ vocare potest. Quomodo
go igitur illa, ex solemni formula,
Magistrum dico, facio, creo, pronuncio?
num, mi Domine Candidate, vi-
eo. Res adhuc integra est. Tu à
etendo: ego à dando desistam. Va-
ant centuplicata & turgida hæc

Baccalaureorum, Licentiatorum, Magiſtrorum, & Doctorũ nomina. Valeant & vnà cum nominib. bullata illa theatrica ornamenta, pileũ, annulus, epomis, pelles. Sed nimis iam patruè vehementior ſum. Non ita, non ita, Auditores. Deo auſpice hodierna laureatio cœpta eſt; eodẽ etiam auctore finietur. Sanctiſſimis Chriſti legib. non aduerſatur, Chriſtianos Magiſtros & Doctores vocari. Ratio docet, exempla demõſtrãt; ſcripturæ approbant.

De Academicis honorib. opiniones 4.

I. opinio.

Quod antequam oſtendo; ſciendum de Academicis hiſce titulis, & honorib. quatuor diuerſiſſimas hominum eſſe ſententias. Iis quidam nihil omnino tribuũt, eosq; è Chriſtianorum ſcholis prorſus eiiciendos putant, vt Maiorum memoria Britannus hæreſiarcha Wicleffus: noſtra vero, vel certe Patrum memoria, Germaniæ noſtræ dedecora & labes Melanchthon & Carolſtadius; dum, non vt Catholici tãtùm

Th. Wald. l.1.doctr.

Cocl. Sur.

ſcriptores, ſed ipſi etiam Lutherani Altenburgenſes Collocutores meminerunt; eorum impulſu & hortatu, Wittembergenſis Academia docendi munus abiecit, litteras exegit, libros innumerabiles cõbuſſit, ſcholas ipſas exinaniuit & obſerauit: ita vt adoleſcentum plurimi à liberaliſſimis diſciplinis ad illiberales & manuarias ſeſe artes cõferrent: ipſi vero tam egregij facinoris authores vnus quidem piſtor, arator alter fieret. Sed mutauit poſtea mentẽ Melanchthon, & à piſtrino, totus iam farina candidus, ad ſcholas rediit; verum ita, vt in Academiam litteræ quidem & prælectiones reuocarentur: adhuc tamẽ, annos complures, promotiones omnes exularẽt. Nõdũ enim ſatis inter nouos iſtos Enthuſiaſtas conuenerat, vellentne aliqua in Academiis bene à maioribus conſtituta retinere, an euertere omnia, vt, quod facillimum erat, in Catholicorum Academias, Magi-

Colloq. Altenburg. fol. 360. b.

ſtros, & Doctores tanto licentiùs, omni conuiciorum dictorumq; ſcurrilitate, populo valdè ſecundo, bacchari poſſent. Vicit tamen ea pars, quæ retinenda inſignia hæc putauit. Et vno eodemque fere tempore certatim à Magiſtro Melanchthone, à Winſemio, à Crucigero, & Coquo Doctoribus habitæ de gradibus Academicis, interpoſita etiam Illuſtriſſimi Saxoniæ Ducis authoritate, orationes: & vt ipſius Winſemij verbis vtar, *mos ſcholaſticos gradus decernendi, tot iam annorum ſpacio intermiſſus, ac velut exoletus, tandem aliquando in ſcholam reuocatus*. Attamen de ſuſcepta ſemel ſententia, quidquid ageret Lutherus; nunquã deduci Carolſtadius potuit. Itaque non amplius *Doctor Andreas Carolſtadius*, ſed tantùm *frater Andreas*, vel *frater Carolſtadius* vocari volebat: non iam, Doctorum inſtar, palliatus, togatus, vel epomidatus incedebat, ſed vt ruſtici;

Tom. 1. declam. Melanch Argent. f. 33. 47. 480. 486.

f. 486. in princ.

Eraſm. Alber. Lutheranus lib. contra Carolſt.

rheno-

rhenonatus, peronatus, bardocucullatus; terram vomere proſcindebat, burim ac ſtiuam tenebat, ad Wittembergenſe forum ligna è ſylua vehebat, & cum Wittembergæ adhuc erat, vti quidem narrat Lutherus; cathedræ, in qua doctorandi ſtabant, chartulam, in qua vncialibus litteris ſcriptum eſſet, *nolite vocari Magiſtri*; affixit: ſe tamen id genus promotionibus adeſſe dicebat, vt florenos duos lucraretur. homo pecuniæ, quam Dei, cuius tum honorem & præceptum violari putabat; amantior. Colloq.c. 67.f.409.

Alij ſunt, qui non omnino nihil, ſed minus, quam par eſt; iiſdem Academiæ honoribus deferunt: eos videlicet in aliis, vti æquum eſt; probant, magniq́ue faciunt: in ſeipſis tamen, quia nobiles ſunt, non item. 2. opinio.

Tertij verò æquo plus eoſdem honores venerantur. extollunt, ſuſpiciunt. Etenim Lutherus cum res nouas, totiusq́ue 3. op.

veteris disciplinæ perturbationem moliretur, videretq; ſuæ iſtius inſolentiſſimæ audaciæ, vel, vt ipſe appellat; ſacræ vocationis, aut miſſionis teſtimonium aliquod diuinum vel humanum exigi: & miſer neutrum prorſus haberet, huc ſe, conſilij rationisq; melioris inops, contulit, vt Doctoratum pro ſacra quadã ordinatione & vocatione venditaret: & quia Doctor olim factus eſſet, ſe tunc Epiſcopi poteſtatem accepiſſe iactitaret: ideoq; noui ſui Euangelij ſacerdotes poſſe cudere, Prædicantes initiare, iura omnia diuina & humana explicare; aut vero potius, pro animi ſui libidine, figere ac refigere. *Certè*, inquit, *hoc me argumento, vocatus non es, ſæpe Diabolus enecaſſet, niſi Doctor fuiſſem.* Et alibi. *Sæpe*, ait, *dixi & adhuc dico, nolim pro meo Doctoratu totius terrarum orbis opes mereri. Nam, ita me Deus amet, mihi tandem animo prorſus cadendum, & in re adeo ardua, quæ in me*

Tiſchrede f. 189. de Miniſt. c. 24. de diab. fol. 198. de Antich. c. 27. f 257. Lib. Von Winckelpredigen.

tota recumbit, desperandum omnino foret, si eam vt clancularius quispiam, sine vocatione & mandato, id est, sine meo Doctoratu aggressus essem. Ita Lutherus. *Quarti* demum sunt prudentiores omnes, & Catholici, qui honores istos eo loco habent: quo in hac optimarum artium officina, in Academijs Catholicis omnibus, in Ecclesia tota quotidie videtis: honestissimo nimirum atq; ornatissimo; modesto tamen, & intra scholasticæ dignitatis cancellos. Quænam verò in hisce quatuor sententiarum quasi diuortijs probanda, quæ improbanda censeam, non est istius clepsydræ demõstrare. Tria postrema omnino iam præteribo: & contra primum illud Carolstadianæ amentiæ portentum, argumẽta, quã breuissimè, duodecim expromam. Mihi enim genus istud hominum videtur planè Cynicum, adeoq; Cyclopicum. Cynicum quidem, quia cum Platonis fastum calcare velle

4. Opinio.

Pro Academicis honorib cõtr. Carolstad. argum. XII

Laertius l. 6. in Diog.

videâtur, incredibili tamen contra omnes arrogantia efferuntur, & honestos aliorum titulos irridendo, suum ipsi nomen quam illustrissimum efficere conantur. Quis enim Wicleffi ambitionem, Carolstadij fastum ignorat? Cyclopicum verò, quia memoriæ proditum legimus, nullum inter Cyclopas Reipublicæ ordinem fuisse, nullum virtutis & doctrinæ decus, nullam honestatis illecebram. Eorum vnus, Poeta nescio quo teste, dicebat, apud se tantam rerum omnium insciẽtiam esse, vt ne quidem scirent, vbi nam vel oreretur, vel occideret sol: tantam vero impietatẽ ac barbariem, vt nullum in cœlis numen curarent. O belluas non homines! & tamen horum nos similes facere student, qui splendidissimam Academiarum dignitatem obscurare nituntur. *Si* enim Magister & Doctor, honoris ergô, nemo appellandus, quodnam eruditorum & Doctorum ab ineru-

Odyss. 9.

I. argumẽtum.

ditis indoctisq; discrimen? Etsi nullum discrimen, quanta confusio? *Rursum* vero, quid est quod ingenuas, vtilissimasq; artes parit, alit, adauget, conseruat, longè ac latè propagat? Quid Tullius respondeat, notum omnibus. *Quis enim*, ait Satyricus, *virtutē amplectitur ipsam, præmia si tollas?* Isti verò Academicorum initiorum gradus, aliud nihil sunt, quàm pulcherrimæ quædam notæ, certissimæque tesseræ, quibus à rudioribus eruditiores distinguantur: honestissima quædam præmia, quibus ad laborum, vigiliarum, & sumptuum, qui, studiorum causâ, tam multi suscipiuntur, tolerantiam ingenui quique inuitentur; publica & grauissima testimonia, quibus ficta & simulata eruditio à vera & germana, litteratores à litteratis, scioli à scientibus, legulei à legum peritis, circuitores à medicis, sophistæ à sapientibus, matæologi à Theologis internoscantur.

II. arg.

Tusc. 1.

Frid. Imp. Auth. ne filius pro patre.

Si enim adhuc non desunt, qui tot & tam excellentibus propositis præmijs, torpeant, & rursum alij, qui cum indocti sint, doctissimorum tamen hominum facies adsciscant, quid tandem fieret si Polyphemis nostris crederemus? Quemadmodum Rempublicam, sic & Reipublicæ fundamenta, & quasi neruos, benefactorum præmia, ordinum varietates, ordinum discrimina inter Christianos vigere legislator noster voluit. Præclarè omnino, & ad rem, qua de agimus; conuenienter nauticas & militares leges miratur ac laudat Nazianzenus, quòd illis vnus quispiam primò nauta, mox proreta, postremò nauarchus & gubernator efficiatur: his verò miles primùm, deinde Centurio, tum Imperator. *Hic*, ait, *optimus ordo est, ijsque, qui subsunt inprimis conducibilis.*

Orat. 20. de S. Basil. & orat. 1.

III. arg. Etsi verò facillimum est, indoctum hominum vulgus, per vnius scripturæ speciem, in Magistrorum Docto-

rum-

rumq; ordinem concitare, adeoque frater iste Carolstadius turbulentissimis & scriptis & concionibus agrarios olim nostros concitauit: ea tamē causæ huius & æquitas & bonitas, vt mihi etiam, *coram* frementeiam & ferociente *populo* populariter agi posse videatur. Quid? nemo vocandus est Magister. ergo ne fabri quidem, structores, & architecti. Artis igitur alicuius peritos ab imperitis non discriminabimus: non eos, qui in arte vnum, alterumuè tantùm annum, vel mensem versati sunt, ab ijs, qui eandem annos iam plurimos peritè ac feliciter tractarunt. Huc huc fabrûm, sutorum, ac sartorum collegia. è tabernis vestris procurrite, videte qua nos Carolstadius afficiat iniuria. Eo iudice, vestrum nullus Magister est. nullus ita vocandus. idem vobis cum vestris pueris, & famulis nomen esse debet. Hoccine feretis? hoc ille impune dixerit? Hic sanè vererer vt

Ca-

Carolstadij caput à securibus, forficibus ac modiolis tutum foret. *Sed* à vulgo abeamus. eruditiore rem totam lance perpendamus. Magister in quaq; re dicitur, qui eius vel agẽdæ vel pertractandæ peritissimus esse consueuit. Id non latini tantum vocabuli originatio & vsus, sed Græca etiam vox indicat, quæ Germanicæ nostræ ita similis & cognata est, vt à Græcis eam mutuati nostri videri possint. Apud Homerum siquidem, qui bene præliari, qui, cum opus est, celeriter fugere, qui aliis in rebus sese scienter gerere nouit, is ab eo μήστωρ ἀϋτῆς, μήστωρ φόβοιο, & præcisè μήστωρ, à Suida vero μαίστωρ appellatur. Sic apud Moysen, cæterosque diuinorum librorum authores, inuenimus populi, militiæ, operum, pistorum, pincernarum, bestiarum, ipsorumque tandem pecorum magistros. Si quis ergo Christianorum sit, qui, Dei optimi Maximi beneficio, suoque insigni

IV. arg.

Ostiensis. ext. de Magist §. 1.

Iliad. δ. θ. ω. Eustath. ib. Giphan. Iliad. θ.

Germanicè Meister.

Nu. 11 Gen. 7. 1. R. 12. er. 39. Ex. 1. Gen. 40. 41. Mach. 6. Gen 47.

ligni labore & diligentia, id consecutus sit, vt quę animi sunt scitè agere norit, bene dicat, rectè ratiocinetur, sapienter philosophetur, peritè medeatur, callidè in foro versetur, diuina diuinè sciat & explanet, quãobrem quæso is eius artis & scientiæ Magister & Doctor, appellari non possit? *An* res & officia honesta suis appellare nominibus fas non est? *An* vero seruilium, tabernariarum, viliorumq; artium gnari, milites, operarij, pincernæ, pistores, bestiarij, bubulci, & quidem in scriptura; Magistri vocabuntur: qui vero liberalissimarum artium vim ac scientiam animo comprehenderint, qui tanto interuallo artifices, sordidasque illas operas, dignitate antecesserint, Magistrorum & Doctorum nomine carebunt? Absurdum est. *Sed* & illud adhuc absurdius, fore, vt nullus hominis cuiusquam discipulus appellari debeat. Si enim nemo Doctor, nemo Magister,

V. arg.

VI. arg.

VII. arg.

disci-

discipulus cuiusnam discipulus? En insaniam! Sed iterum de ijs quæro,
VIII. arg. liceatnè quempiam rudem & ignauũ probro & ignominia notare? Si licet; eruditum contrà & industriũ honorifico nomine prosequi licebit. Si verò non licet, ô fatuum Salomonem! ô consceleratum Iesu filij Sirach nepotem! Etenim quoties isti pigros, inertes, & sapientiæ inanes acerbissimè perstringunt? quoties eos in odium, infamiam & contemptum vocant, adeo vt eos lapides profundo & denso luto immersos viles ac sordidos appellent: imo
Eccle. c. 22. dignos aiant, qui fætido böum stercore lapidentur, conspurcentur.
IX. Sed pergo. *Magistrum* quenquam vocare non oportet. ergo ne patrẽ quidem. Quo enim loco dictũ est: *nolite vocari Rabbi*, eodem, & quidem
Matth. 23. proximè, dictum est, *Patrem nolite vocare vobis super terram.* Si Patrem nullum vocabimus: sanè nec matrẽ: Si nec patrem nec matrem: nostrũ

nul-

nullus filius est. Videte quonam isti terræ filij rem prouehant, quomodo Melchisedechos καὶ ἀπάτορας, καὶ ἀμήτορας fabricentur. *Te* diuinæ bonitatis vas lectissimum sancte Paule appello. Nostin' CHRISTI Domini mandata? Legem ipsius intelligis? Scio quia intelligis. Quomodo igitur cum ab illo, lege tam seuera, cautum sit, ne in Christianis vlla Magistrorum & Doctorum nomẽclatio esset, de teipso scribere ausus es: *Positus sum ego Prædicator, & Apostolus, & MAGISTER gentium?* & in Epistola alia, cũ asseueratione grauiore: *Veritatem dico, non mentior. Positus sum ego Doctor gentium.* Hic Calolstadius, vt in illa ad Doctorũ cathedram schedula, in margine ascribere potuit: Mentitur Paulus; veritatem non dicit; Magister noster vnus est CHRISTVS. At Diuus Paulus non seipsum tantum Doctorem & Magistrum vocat, sed aliis etiam Christianis eiusdem appella-

Hebr. c. 7.
X. arg.
2. Tim. 1.
1. Tim. 2.
De hac schedula suprà ex Lutheri sympósiacis c. 67.
Matth. 23.

tionis laudem impertitur, non solũ cum ait, quosdã in Ecclesia positos Doctores, verumetiam cum alios sic alloquitur: *deberetis esse Magistri, propter tempus. Accedunt* tot diuinæ legis scientissimorum, & vitæ sanctitate præstantissimorũ hominũ *exempla*, qui Magistrorum & Doctorum cùm nomina tum insignia capessierunt. quod illi profecto nunquam fecissent, si rationi, si CHRISTI Domini voluntati, si Christianorum institutis vel tantillũ aduersari iudicassent. Neq; enim, cum ingenio & doctrina summi illi viri abundarent, quod recte fieri posset, ignorassent: neq;, cũ vnum omnibus in rebus Deum spectarẽt, insigni sanctimonia florerẽt, quod non recte fieri posset, vnquam fecissent. An qui tantas opes, tantos honores, tantum Principatum spõte deseruerat Comes Aquinas, Theologorũ inquã Alpha, Diuus Thomas, ad Magisterium & Doctoratũ ineundum adduci vnquã potuisset?

1. Cor. 12. Ephes. 4. Ad Heb. 5.

XI. arg.

An

An eius æqualis, D. Bonauētura? An ipsius Doctores Alensis & Albertus? An discipulus, B. Antonius Triumphus? An qui deinceps consecuti sunt Diui, Edmundus Cantuariensis, Antonius Paduanus, Vincētius, Antoninus? vt interea Sibertos, Petros Constantinopolitanos, Tzelinos, Azilones, aliosque non paucosntereā, quos Diuo Bernardo σύγχρονος Petrus Venerabilis, magnos suo tēpore Magistros appellauit. Est *vltima* tandē *ratio*, quæ superiore tāto grauior, quāto licet ingeniosissimis, doctissimis & integerrimis, priuatis tamē hominibus, Oecumenicæ Synodi antecellūt. Viennensem Basileēsem, Lateranensem, laudare possem Synodos: sed vna Tridētina q̃ beneuolè, q̃ præclarè, q̃ honorificè, de gradib. istis locuta est? Etenim, ex grauissimis eius decretis, quinā sūt, qui in Ecclesiis cathedralib. Episcoporū pœnitētiarij esse, eoq; nomine cōmodissimas præbendas indipisci

l.4.ep.53.

XII. arg.

Clement. de Mag. c. cum sit absurdum.

Sess.24.c.8.

Ib.c.18. debent? Quinam sunt, qui in Diœcesi qualibet, eos qui sacræ ouium CHRISTI passioni præficiendi sunt,
Sess.23. c.16. examinare? Quinam sunt, qui amplissima officia vel dignitates, quæ scholasteriæ dicuntur, obtinere?
Sess.24.c.12. Quinam Archidiaconorum, qui Episcoporum oculi sunt; munus obire? Qui, vbi commodè fieri potest dignitates omnes gerere; vel dimidiam saltem in Ecclesiis cathedralibus vel collegiatis insignibus,
Sess.24.c. 14. canonicatuũ partem obtinere? Qui Episcoporum morte sublatorum, dum nouus eligatur, Vicarios & Of-
Ib.c.16. ficiales agere? Quinam tandem deinceps cathedralium Ecclesiarum cathedras & clauos tenere, in puppi sedere, Pontificatus administrare?
Sess.22.c.2. Dicam non meis, sed ipsiusmet Cõcilij verbis: *Quicunq; posthac ad Ecclesias cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus & vita, ac aliis, quæ à sacris Canonibus requiruntur, plenè sit præditus, verumetiam scientia,*

prater

præter hæc, eiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere. ideoq́ antea in vniuerſitate ſtudiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico merito ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur. Quamuis verò, certis de cauſis, tam luculenta, tamq; magnifica Synodi decreta in mores aut cõſuetudinem vbiq; nõdum abierint: in maximis tamẽ & nobiliſſimis Europæ nationibus quotidie magis & magis efflorescunt. & etiamſi adhuc locorum vbique iacerent, nuſquam vigerent, hinc tamen, quod inſtituto meo ſatis eſt; grauiſſimum tantæ Synodi de Academicis honoribus & teſtimoniis iudicium vel oraculum potius intelligeretur. Itaque cum nouos in Belgij nobiliſſimis vrbibus Epiſcopatus Catholicus ille Hiſpaniarum Rex Philippus II. excitaret, nouem primos Collegij cuiuſlibet cathedralis Canoni-

Molanus l. 2. de Canonicis c. 29.

catus ita distribui mandauit, vt ternos terni Theologi, cæteros sacrarũ legum cõsulti, viriq; nobiles acciperent. Cumq; dubitatio postmodum incidisset, an viros istos nobiles, Academicos etiam gradus accendisse oporteret, decreuit Pontifex Maximus; oportere. Non enim ad id genus dignitates, generis splendorem satis valere; nisi litteraria quædã lux accessisset. Facessant igitur omnes isti Magistratuum omnium hostes; vocẽ temeritatis ac stultitiæ suæ indicem contineant. Melius omnes omnium orbis nationũ Vniuersitates, omnes omnium gentium sacræ Synodi: omnes summi Ecclesiæ Christianæ Patres ac Doctores, q̃d è re Christiana sit, vident, quam nescio quis Cato tertius, cui volupe tãtũ erat insana quædam rerũ omniũ perturbatio, rerumpublicarũ euersio, humanitatis omnis exterminatio. Nisi me tempus ad finem vocaret, illud etiam ostenderem, omnes

fere

tere Academiarum nostrarum ritus & honores in sacris diuinorũ librorum tabulis non tã adumbratos, quã clarissimis pulcherrimisq; colorib. elegantissimè depictos & expressos. sed id forte alias. Nũc ad illud *Nolite vocari Rabbi*, seu *Magistri*. infelix Lutherus, cui solũ Doctoris nomen omnibus mũdi opibus carius, in quo solo ipsius Euãgelij puppis & prora, diuinæ ipsius vocationis sigillũ, animi contra desperationẽ lorica, contra omnes impetus arx & præsidiũ; infelix inquam ille, plumbeum hũc pugionem retundere aliter non potuit, quam si seipsum sua ipsius dextra iugularet. Vt enim ad illã in qua Wittembergenses doctorandi stabãt, cathedram venit, Carolstadianam chartulam vidit, & in sui, Doctorumq; omnium cõtumeliam legit, *nolite vocari Rabbi*; ilico calamum poposcit, scripturam hanc interpretari se velle dixit, & in eadem tandem chartula subscripsit:

Responsio ad scripturam.

Luth. sym posc.c.67.f. 409.

uth. sym- boſ. c. 67. fol. 409.

Scriptura huius hac ſententia eſt: Nouam aliquam doctrinam ne excogitetis: noui nihil adferatis. Quæ quidem præceptio veriſſima & vtiliſſima eſt: non eo tamen loco, vti contextus declarat, à legiſlatore propoſita, & ipſi Luthero, vel maxime aduerſaria. Quis enim infeliciſſimo hoc noſtro ſæculo doctrinam nouam excogitauit? Quis tot dogmatum nouorum portenta effinxit? Quis gloriatur, ſe antiquitatem ne pili quidem facere? Quis priſcis maiorum inſtitutis nefarium funeſtumq; bellum indixit? Peccat ergo, vel ſuo ipſius indicio, Lutherus in CHRISTI DOMINI legem: eo ipſo, quo CHRISTVS DOMINVS vetuit modo, Rabbinũ ſeipſum fecit; Magiſtrum & Doctorem ſeipſum indigitauit. Et vero nõ id Carolſtadius tacuit. Nimirũ ſcurra ſcurram, &, vt ille aiebat, furem Verres, Catilina Cethegum. Quæ igitur tandem CHRISTI DOMINI ſententia? Magnus ille Chriſtiano-

num Demosthenes, S. Io. Chrysostomus, cui frequentissimus Patrum senatus assentitur; triplicem eam adfert. *Primò*, vetat Nomotheta noster CHRISTVS DOMINVS, ne vocari velis Magister, & non esse: Doctor salutari & docere non posse: vel si possis, non facere. Vetat *deinde*, ne etiamsi omnia & habeas & facias, quæ Magistrorum & Doctorũ sunt, ambitiosè tamen nomen hoc aucupere: id per fas & nefas agas, vt Magistri & Doctoris titulo insigniare. Vetat *postremò*, ne tali titulo & honore insolescas: tuo ingenij acumini, tuis laboribus ac studiis, quam habes doctrinam, ascribas: Dei donum non agnoscas: non ei totum quod scis, intelligis & sapis, acceptũ feras. Qui enim, præter se, alium, scientiæ suæ authorem non habeat, quique ita Magister sit, vt nullius discipulus vnquam fuerit, in hoc toto vniuerso vnus est: Deus inquã ipse, Magistrorum omniũ Magister, Do-

hom. 43. in Matth. D. Hier. ibi. D. August. l. de Magist. c. 14. D. Anton. Triũphus q. 105. a. 2. ad 1. D. Thom. in quæst. disput. 11. de Magistro a. 1.

rum omnium Doctor, à nullo doctus: à nullo eruditus: omnium sciẽtiarum fons inexhaustus, doctrinarum omnium origo: sicuti etiã vnus tantum omnium pater, *ex quo omnis paternitas in cælo & in terra*: vnus Dominus, vn⁹ Rex, vn⁹ Imperator. Sed ista ecquid cõtra litterarios Academiarũ honores? vitia tãtum ea prohibẽtur, quæ in omni omniũ honorum & dignitatũ regno grassantur: non res vetãtur, sed modus in rebus prę scribitur, qui nõ religiosis tantũ, sed secularibus etiam: nõ Theologis tantùm, sed Philosophis etiã, Iurecõsultis & Medicis: nõ in Magistrorum Doctorumq; lauru tantùm, sed in prętexta etiã, laticlauo, & purpura, omnib. adhibendus. Quamobrẽ, Auditores, Dominum meũ Candidatum, carissimum mihi Collegam, clarissima iã voce, vt ab omnib. exaudiar, Philosophiæ Magistrum seu Doctorẽ appellabo, magisterij eum philosophici ornamẽtis honestabo.

Ephes. 3.

Conclusio.

Non

Nō enim ei, Chryſoſtomianæ interpretationis caput vllum officit, qui nō nomine tãtum & pallio, ſed reapſe Philoſoph⁹ eſt, ex acutiſſimi Parenticelli diſciplina, ex Benciorum, Tucciorum, & Soareziorū Gymnaſio: ex Muretorū, aliorumq; omniū doctrina politiſſimorum & ampliſſimorum hominum, qui diſputãtem eum ſæpius audierũt; approbatione & plauſu, & vt ſemel dicã; ex Lyceo Romano. Quoad ſecũdum vero & tertiũ eiuſdẽ interpretationis modũ, ne, quod initio facere nolui, Domini Candidati laudes nunc ingrediar; generatim tãtum dico; felices ij quib⁹, in toto vitæ curſu, ſolus Deus actionũ ſtudiorumq; omniũ ſcopus: quos nõ ſua cupiditas, ſed maiorum voluntas: non excellentia, ſed obedientia: non honor, ſed onus altiora ſubſellia inſcẽdere facit, & quidẽ facit nõ quãdocunq;, neq; quomodocunq;, ſed cum id neceſſitas, proximorum vtilitas, ſcholarumq; vel Rempubl. dignitas expoſcit. Dixi.

ORATIO TERTIA.

VTRVM LVTHERVS, QVIA DOCTOR; EPISCOPALIA, VTI FECIT, ET ſcripſit; munia obire potuerit?

Vel

Vtrum quiſquis Theologiæ Doctor eſt, is eo ipſo ad Paſtoralia & Epiſcopalia officia legitimè vocatus ſit?

Habita Herbipoli v Idus April. CIↃ. IↃ. XCII.



QVADRIENNIVM eſt, *Magnifice Domine, Herbipolitani huius Archigymnaſij, Rector, Auditores ornatiſsimi*, cum virum doctum, & ingenio præſtantem Philoſophum renuncians, dicebam; de vſitatis Academiarum honoribus tres ferri ſententias, quarum nullam probarem.

barem. Nam earum prima illos omnino contemnebat: altera non valde probabat. tertia nimium prædicabat. Ac primam illam quidem, tunc, statim, in ipso quasi punctistitio, reieci & confutaui. Secundam alius, qui me, non ita multo pòst, consecutus est. Tertiam, ad hodiernum vsque diem, nemo vnus adhuc attigit. eam forte ob causam, quòd plerisque nota minus, minusq; peruulgata sit. ideoq; de ea quam breuissimè, si per humanitatem vestrã, *Auditores*, liceat; differere statui. Quemadmodum enim Agyrtæ illi, qui medio in foro, bona voce, magnis lateribus, theriacã nescio quã nimium extollunt, minus haud peccant, quam qui medicamentorum omnium diuinitus hominum generi datorum vim & vtilitatem eleuant: ita minore in culpa non sunt, qui scholasticas laurus æquo plus efferunt, quam qui easdem, quibuscunque possunt modis, deprimunt

Iliad. x. ac deiiciunt. Rectè apud Poëtarum maximum, ille, qui à Tydide, vt neq; vituperaretur neque laudaretur nimiùm, obsecrabat. Qui enim de re aliqua magnificentiùs loquitur, si quid; hoc certe vnum modo consequitur, vt illi rei boni quod inest, ne inesse quidem videatur. Sunt enim, vt apud eũdem, ait alius, mediocria omnia meliora: neq; vulgo tantum prouerbio iã cõtritum; *Omne quod est nimiũ, vertitur in vitium*, sed veterum etiã sapientiũ iudicio & authoritate illud semper laudatum, *Ne quid nimis*, adeo quidẽ vt non defuerit, qui ipsos etiam sapiẽtes, quod in ea tam graui, tamq; vera de tenendo modo sententia laudãda, nimij fuerint, reprehendendos putarit. Cui etsi ego haudquaquam assentior: inficiari tamen non possum, rebus alioquin optimis & honestissimis detrimenti & dedecoris non parum importari, cum nimiis, nimiumq; exaggeratis laudibus afficiuntur. Quid Philoso-

Odyss. a.

Arist. 3. eth.

Terent. And.

Pindarus apud Plut.

Vide Platonem passim. & Arist. 1. Rhet.

phiam,

phiam, Aſtronomiam, nobiliſſimas dicendi diſſerendiq; artes, in tãtam olim contemptionem adduxit, prę-ter importuniſſimas Sophiſtarum quorundam hyperbolas, qui ipſam pænè è Iouis cerebro ſapientiam o-mnem harpagabant, ſibiq; arroga-bant? Quid noſtra, Patrumq; me-moriâ, effecerunt qui fidem quaſi v-nam & ſolam iuſtitiæ noſtræ cau-ſam, immoderato præconio iactita-runt? Quid, qui ambabus, vt aiunt, buccis Chriſtianam libertatẽ, quid, qui pleniore quaſi folle, vulgarem Bibliorum lectionem? Viſa eſt iuris legumque humanarum omnium repagulis effractis volitare, vbiq; im-pietas, ferrum, flammamq; quacũq; ſpargere, alutariis & ruſticis ad quã-libet inauditum & immane facinus ſacrarum litterarum auctoritatem, amentatũ veluti telũ, porrigere. Iti-dẽ ſanè, Auditores, qui gymnaſticas iſtas laureas ita ſuſpiciunt, vt ea iis, quæ auguſtioris cuiuſdam maiorisq;

dignitatis sunt, tribuant, næ illi totũ hoc Baccalaureorum, Licentiatorum, Magistrorum, Doctorumque genus de ridiculo efficiũt. Sed, quinam hi quæso? Me, vti quidem opinor; nihil fallit. ij profecto, ij sunt, qui Theologiæ Doctoratum, huiusmodi quandam artem dixerunt, vt Doctores, eo ipso tãtùm, quòd Doctores sunt; possint cõtra sacrosancta veteris Ecclesiæ instituta, quidlibet seriò disputare: quamlibet doctrinam nouam, toto licet orbe reclamante & improbante; architectari: vbilibet, etiam vbi qui officio bene suo fungerentur, non deessent; cathedras occupare, sacrasq; conciones instituere: quodq; his omnibus multo & maius & grauius est; possint Doctores id, quod D. Hieronymus, aliique prisci omnes Episcoporum proprium affirmant; in quibuslibet Ecclesiis *Presbyteros ordinare*. quid presbyteros? etiam Episcopos & Archiepiscopos. O præclaram

Epistola 85. Baro. tom. ?. an. 58. Bell tom. 1. l. 1. de Cler. c. 14.

claram Doctorum authoritatem! O cæleſtem doctoralium inſignium maieſtatem! Nondũ tamen effatus ſum omnia. Supereſt adhuc quod ſuperiora omnia contineat, egregiè muniat, ac tueatur. Habet nimirum Doctoratus hanc etiam vim, vt ſi quem forte ratio, ſi conſcientia, ſi bonus ipſe Angelus, ſi ipſemet Deus moneat, arrogãter facere, quiſquis, citra vocationem aliam, ſolo doctorali titulo & facultate tot ac tanta ſibi vendicet, is monita hæc omnia meras Diaboli tentationes eſſe intelligat, easq; ſtatim omnes, ſola ſuſcepti Doctoratus recordatione penitus diſſipet, elidat, exterminet. vt non in vniuerſam modo Eccleſiam, ſed in ipſum etiam Orcum & Acherontem mirabile quoddam Doctoribus imperium ſit. Quæ regia, quæ imperatoria poteſtas cum doctorali conferenda? Magnum mihi, magnũ Reuerendo Domino* EVCHARIO SANGIO, anno ſuperiore, honorem

* Qui Reuerendiſſimus Epi-

:opus Au-
ustopoli-
anus &
uffraga-
eus Her-
ip. factus
nno 99.
ie 8. Se-
temb.

habuerũt Sereniſſimi Bauariæ Principes GVILHELMVS & RENATA, Sereniſſimi eorũ filij, MAXIMILIANVS & ALBERTVS, Reuerẽdiſſimi & Illuſtriſſimi Principes, Noſter, & Eluuangenſis, tot tantiq; alij ſplendidiſſimi, excellentiſſimi, & ampliſſimi homines, cum, vt eſſet Doctoratus noſter quàm honoratiſſimus, hãc in ſcholã venire, nos diu & ſpectare & audire voluerunt. De iis tamẽ omnibus conqueri habeã. infra dignitatem noſtrã quicquid illi fecerunt fuit. plus multo nobis debebatur. eum tunc gradum aſcẽdebamus, qui omnes omnium ſerenitates, celſitudines, ſplendores, excellentias & amplitudines longè multũq; ſuperabat. Ridetis? Quid? ſtultitiam? Equidem ſtultitiam, non tamen meam (ingenuè ſiquidẽ fateor, nobis (vt etiã pro ſocio loquar) lõgè plus ab Heroibus, Heroinisq; illis beneuolentię, honorisq; delatum, q̃ perſpecta ſortis noſtræ humilitas, patiebatur) ſed eorũ ridetis, & meri-

tò ridetis stultitiā, è quorū sesquipedali Doctoratus laudatione tā insolens & inepta conquestio existit. Libēter vobis Auditores, Mathesij, qui de Islebiano Elia conciones aliquas scripsit, è cōcione prima verba recitarē, quibus, quòd Doctor esset, legitimā ipsius ad tam grande, quod capessiit, mun⁹ vocationē probat, aut vero poti⁹ ipsiusmet Lutheri è libro aduersus angulares, vt ipse appellat, Prædicātes, magnificā prorsus, tantoq; viro dignissimā orationē, qua se non semel aut bis, verū sæpissimè dixisse refert, omnib. omnino, q̄ in mūdo habētur amplissima, suū sibi Doctoratū longè cariorem esse, vtpote quo vno solus totum Euāgelij pondus ac dignitatē sustineat: adderem & bullatissimas illas è cōmentar. in Ps. 82. è symposiac. cap. de ministris, cap. de Antichr. cap. de diabolis, voces, q b. palmas, quas cōtra eos, q à se defecissent, nouos hæreticos, cōtra molestissimos & assiduos cōscientiæ

Lege P. Scherer. respons. ad Wirtemb. f. 199.

T. 2. Witt. f. 246.

T. 3. f. 139. b. f. 189. 257. 246.

morſus, contra omnes inferorũ acies, doctorali quaſi Achille obtinuiſſet, denarrat: ſed Germanicè, vt populo ſcilicet ſuos facilius fumos vẽditaret; ſcripta ſunt omnia. cui linguæ litteratiſſimi, ornatiſſimiq; aulę huius parietes aſſueti nõ ſunt. duo tantum peregregia, & pænè baſilica hominis facinora, è quibus, quãta illum poteſtate, Doctoratus ipſe amplificarit intelligatis, ex ipſius, eiusq; pręconum monumentis commemorabo. Georgius Princeps Anhaltinus, homo natura minime malus, in errorem ab illo deductus erat. Is Merſeburgi Epiſcopus ordinari volebat: Epiſcopum vetere cæremonia conſecratum vnum aliquẽ libenter habuiſſet, adeo vt Brandeburgium Matthiam Iagawium ſollicitaret. Sed cum, præter opinionẽ omnem, hunc ab opere illo mors abſtraxiſſet, aliusq; nullus, qui manus imponere vellet, inueniretur, ecce tibi derepente nouus è machi-

Narrat ipſemet Anhaltinus præfat. in conc. de falſis prophet. fol. ff. 11.

na Deus, nouus inquam è ſchola E-piſcopus, D. Martinus Lutherus. is manus imponit: is Epiſcopum facit: is publicè, maximo in templo, frequentiſſimo populo, Epiſcopalem poteſtatem impertit. Hoc vnum. Audite alterum. Erat Naumburgi Antiſtes, homo cùm doctiſſimus tū ſanctiſſimus Iulius Pflug. (is ipſe, Auditores, qui Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Epiſcopo ac Principi noſtro, ſuum, baptiſticus ſuſceptor cū eſſet; nomen communicauit, cuius egregiam ſua in Bibliotheca idem Reuerēdiſſimus imaginem retinet libenterq; intuetur.) Hunc ergo, cū ob inſignem eius doctrinam & zelū Lutherani eieciſſent, Pontificem alium creare oportuit. Quis creauit? Quis? Doctor Martin⁹ Luther, Doctor Nicolaus Miedler, Magiſter artium Georgius Spalatinus, Magiſter item artium Wolfgangus Lapis, vt in eo libro ipſemet Lutherus narrat, cui, vt hoc etiam rideatis; inſcriptio:

Anno 1542. Luth. tom. 7. fol. 575.

Quomodo idē Lutherus Magistrum quēdam Benedictum ordinarit; refert Aurifaber sympos. c. 22. f. 82.

a c. 41. præscript.

Contra Lutherum argumēta X. I. arg.

b Epist. ad Quoduultdeum. Hær. 75.

Apolog. 2.

Ibidem & in Epist. Syno. Hierosol.

Exemplar verum Christianū Episcopum consecrandi. O Tertulliane, quàm verè ante annos plus mille & trecentos, scripsisti [a], *Hæreticorum ordinationes temerarias, leues, inconstantes esse*! Quid enim hisce Lutheri ausis magis temerariū? Sanctus Epiphan. *scriptor* [b], vt solis Augustini verbis vtar, *in doctrina Catholicæ fidei laudabiliter diffamatus*; cū Aërij hæresin, quæ presbyteris imponendarum manuū ius largiebatur, descripturus esset, *plenissimum furoris & insaniæ dogma hoc* esse aiebat. Quid si nostrum iam Apostcopum Doctorem apostatam videret? cui eum monstro, cui furiæ compararet? Apud D. Athanasium, Colluthus quidam Arianus, quòd presbyter tantum cum esset, quæ Episcoporū sunt, sibi asciscerer, *imaginarius Episcopus* dicitur, quàm fictus igitur & personat⁹ Lutherus? Apud eundem, Ischyras quidam, sector & calumniator improbissimus, grauissimè sæpenumero accusatur, quòd

pro

pro presbytero se, cum nõ esset, gereret; licet ei à Collutho illo manus impositæ fuissent. qualis igitur, suo cum Doctoratu, Episcopus Lutherus? qui ne per ludum quidem aut somnium, Episcopalem ab vllo dignitatẽ accepit, multo sanè minus Episcopus quam vel puerilesilli, S. Nicolai feriis, Episcopi. Nunquam in Ecclesia Christiana factum, nunquam auditum, vt à non Episcopo Episcopus fieret: aut qui antea Episcopus non fuisset, ex seipso, sine Episcopi vllius manu, Episcopus nasceretur. Cũ Timotheum moneret Apostolus, ne quã per impositionẽ manuũ accepisset gratiã amitteret; *Non loquitur Paulus de presbyteris*, inquit S. Chrysostomus, *sed de Episcopis. neq; enim ipsum profectò presbyteri ordinarunt.* Equidẽ Academiarũ honores hi, aliud nihil sunt, quã publica quædã & insignia doctrinæ, quam quisq; cõsecutus sit, testimonia: nihil aliud, quã è multis vna quædã ad

1. Tim. 4.

in eum locum.

II. arg.

maiores functiones & dignitates dispositio. Sed nunquid si quis ad iudicis, Consiliarij, Cancellarij, Principis aut Imperatoris munus obeũdum peritus aptusq; satis iudicaretur, is eò statim Iudex, Consiliarius, Cancellarius, Princeps, aut Imperator est? Nunquid ad huiuscemodi munia sola requiritur cognitio? Nũquid materiei ad formam præparatio, ipsamet forma est? Qui Episcopus fit, is vt apud S. Irenæum, Hieronymum & Cyprianum est, *Apostolorum locum tenet: Ecclesiæ pastor est: Iudex, Legislator, Princeps, Dux, Rex, &c*, vt in Apostolorum constitutionib. additur; *Deus quidã, post Deum, terrenus*. de quo Magnus ille & Apostolicus Martyr, secundus à D. Petro Antiochenus Episcopus Ignatius: *Boni sunt*, ait, *Sacerdotes & sermonis ministri, melior autem est Pontifex, cui credita sunt Sancta sanctorum, cui soli commissa sunt secreta Dei.* Et alibi: *Laici Diaconis subiiciantur, Diaconi presbyte-*

II. arg. r.l. 3.c.3. Hier. Epist. 4. Tim. 5. lib. 2. c. 26. Epist. ad Philadelp. Epist. 11. ad Smyr. Euseb. l. 3. c. 30.

ris,

ris, presbyteri Episcopo, Episcopus CHRISTO, *& ipse Patri.* Vbi simile vllum Doctoratus eulogium? Qui Episcopus fit, ad celsissimum Sacerdotij apicem peruenit, vngitur, consecratur, Throno imponitur mitra, pedo, aliisq; Pontificum insignib. donatur. Cur in Doctoratu horum nihil? Fuit, fuit olim maxima & excellentissima rerũ diuinarum in summis quibusq; viris cognitio, sciẽtia: & tamen eorum nemo vnquam tam vel ambitiosus, vel audax, & impudens fuit, vt Põtificiam ideo sibi potestatem arrogaret. Quantus & quã admirabili doctrina fuit Origenes! & tamen cum tanti ad eum, doctrinæ causâ, concursus fierent, priuatimq; nullum diuinas litteras explicandi laborem defugeret, nunquã, vti refert Nicephorus, nisi Episcoporum permissu, adeoq; rogatu, publicè in Ecclesia docere voluit. Protogenes verò ille, qui ab Ariano Imperatore Catholicæ fidei causâ, tã-

IV. arg.

V. arg.

l.5.c.14.

Idem l.11. c.23.

tam exilij duriſſimi acerbitatem cũ Eulogio Edeſſeno Epiſcopo pertulit; egregiè doctus, diuiniſq; litteris inſtructus erat. litterariũ apud Barbaros ludum aperuit. horum filios quamplurimos docendo conuertit: tandemq; ipſos etiam parentes, miracula quædam magna & inuſitata faciendo. Sed eo ventum cum eſſet, vt illi baptizandi, confirmandi, aliaué vlla Epiſcopali benedictione afficiendi eſſent, id vero ipſe iam non vſurpabat: ſed ad Eulogium eos Epiſcopum deducebat. Quid Euclpium Larandis, Paulinum Iconij, Theodorum Synade, Chryſoſtomũ Antiochiæ, Auguſtinum Hippone referam? De hoc certe vltimo cuius orbi vniuerſo ingenium & eruditio notiſſima; eius familiaris Poſſidius teſtatur, ipſum, antequam preſbyter ſuo ab Antiſtite ordinatus eſſet, non dico alia Epiſcoporum officia nunquam attigiſſe, ſed ne vocem quidem vllam in Eccleſia vnquã miſiſſe:

c. 4. & 5. vitæ S. Aug.

ſiſſe:

ſiſſe: poſteaquã vero presbyter iam fuit, non niſi Epiſcopi iuſſu & auctoritate. Tum *Sanctus Valerius ordinator eius* (ipſiſſima Poſſidij verba retineo) *vt erat vir piiſſimus & Deum timens, exultabat, & Deo gratias agebat, ſuas exauditas à Domino preces, quas ſe frequẽtiſſime fudiſſe narrabat, ſcilicet vt ſibi diuinitus homo cõcederetur talis, qui poſſet verbo Dei & doctrina ſalubri Eccleſiam Dei ædificare. Cui rei ſe homo natura Græcus, minusque Latina lingua, & litteris inſtructus, minus vtilem prouidebat. Et eidem* (Auguſtino) *Presbytero poteſtatem dedit coram ſe in Eccleſia Euangelium prædicandi, ac frequentiſſimè tractandi*, id eſt, vti iam loquimur; concionandi. Sit igitur quantalibet in quocunque doctrina, ſint de ipſius Doctoratu & teſtimonia, & tabulæ quantumuis multæ, certæ & ſolemnes, vocatio tamen alia niſi accedat, niſi ſacerdotiũ, niſi Epiſcopalis ordinatio & iuriſdictio; fruſtra eſt, quiſquis ſibi, Ibid.

VI. arg. quæ ante dixi, fas existimat. Quanti in omnibus Israelis tribubus, & quã sacrorum Bibliorum intelligentes Rabbini fuerunt? Testes duo illi & septuaginta interpretes, qui è singulis tribubus seni ad Ptolemæum Ægypti Regem ab Eleazaro Pontifice Maximo legati fuerunt. Testis D. Paulus, qui è tribu Beniamin, ad Gamalielis pedes, diuina omnia mysteria perfectissimè condidicerat. & tamen nonne in sola tribu Leui, in sola Aaronis stirpe Sacerdotium?

Apud Aristeam lib. de 70.

Act. 22. 26.

VII. arg. Neque verò in doctorali renunciatione, quidlibet, vbilibet, quomodolibet disserendi aut docendi potestas conceditur: sed, vti fidei professio, & ipsa renunciationis formula ostendit; cautiones adhibentur plurimæ: certi quidã limites & cancelli circumscribuntur, extra quos immoderato audaciq; nimium impetu, præceps exilit, quisquis, quia Doctor, germanum sese religionum Antistitem, Ecclesiarum Ecclesia-

sten

ſten opinatur. Multa ſunt & magna, eaq; valde cùm vtilia tum honorifica, quæ ſummæ Chriſtianæ Reipublicę moderatores conceſſerũt Doctoribus, Priuilegia: multi & ſplẽdidiſſimi tituli; multa & perilluſtria inſignia: multæ & prænobiles prærogatiuæ. in iisq; omnibus, nullo vel inuidente, vel ægre ferente, primas ſemper & vbiq; Theologi obtinent: in nullo tamen Pontificiarum aut ciuilium legum volumine legimus, eos, quibus Theologiæ Doctoratus tribuitur; ſimul etiam ſacris operandi, peccata ſoluendi aut ligandi, oues dominicas dirigendi & gubernãdi poteſtatem accipere. Quamobrem te, ô Iſlebiane, Cumane inquam aſine (ſimilitudo rei, vt in vocibus errarem: fecit) moneo, leoninam iſtam vt exuas

——— Te, mihi crede, memento
Intra pelliculam, cerdo, tenere tuam:

aut ſi grauius quid mauis, puta te, Doctor tantùm cum ſis; Epiſcopali

VIII. arg.

Vide Bolognin um ſuper auth. Habita C. nè filius pro patre. Petr. Leuſnaderum. lib. de Doctoribus.

Martial.

aliena

aliena veste insignitum sub D. Benedicti oculos venire, eumq; tibi, quod larvato illi Totilæ quondam, inclamare. *Depone fili, depone quod geris. Nā tuum non est.* Quam modestissimam saluberrimamq; vocem si nondum audis, patere, quæso, vt quemadmodū, aliena pecunia interuersa, Doctorales impensas feceris, referam. vel potius, longior ne sim, breuiter ad ista mihi tria responde. *Primum,* an sine sacrosanctæ religionis sartæ tectæ tuendæ vlla conditione tuus tibi Doctoratus datus sit? Etsi non sit, vt reuera non est; cur conditionibus positis non steteris? præstitūq; solemne iusiurandum violaris? *Deinde,* cur, quorum in Doctoratus adeptione auctoritatem facis plurimi, eosdem in Doctoratus ademptione nihili facias & asperneris. Te siquidem, cum nefarium sacrosanctæ religioni bellum indixisses, omnibus omnino Doctorum præmiis, titulis, honoribus, & Priuilegiis LEO X.

D.Greg. l. 2. Dial.

IX. arg.

Ponti-

Pontifex Max. & CAROLVS V. Imperator Max. summa qua valebant potestate, priuarunt, vt si quis antea tibi fuisset, Doctoratus iam nullus omnino esset. *Tertium* & postremũ: si Doctorum virtus & facultas tanta, quantam ipse tibi sumpsisti, cur Andreæ Carolstadij auctoritatem nullam esse voluisti? cur eum nequaquam rite, sed improbè & sacrilegè sacra tractare scripsisti, dixisti? cur miserum, afflictum, rebusq; omnibus & fortunis euersum tota è Saxonia proscripsisti, exegisti, exterminasti? An Theologiæ Doctor non fuit? At teipsum Wittembergæ anno CIↃ. IↃ. XII. Doctoratu insignierat? An vero Doctor quidem fuit, sed errauit, lapsus est, falsa, noua, inaudita docuit? At tua iam ipsius vineta cædis: idque tandem fateris, quod etsi verissimũ, tibi tamen aduersissimum: non esse Doctoratum certam legitimæ

Luth. T. 2. contra cælestes Prophetas.

Cochleus l. de Actis Luth.

vocationis notam, non Episcopatus insigne, non quælibet dogmata inuehendi potestatem, non instituta prisca omnia euellendi & labefactandi ius. Verum quænam ei tandem ad commentum hoc, ad gloriationem adeo ineptam ac stolidã causæ fuerunt? Dicam hoc, vltimò & paucis. Nam eæ quidem rectæ si videantur, iam quicquid tandem disceptandum fuit, clarissimè apparet. Fuerunt vero illæ potissimum quatuor. *Prima*, quòd mirificè inani gloria efferebatur, adeoque libenter *Doctor* audiebat, vt cum ab ipso etiam Dæmone, vti quidem ipsemet memoriæ prodidit; nuncupatione ista, nocte quadam, salutaretur, attentissimas omnibus, quæ ille contra fidem expromebat, aures præberet, omnibus assentiretur. *Altera*, quòd cum eius missionis aliquã ab eo tesseram Catholici peterent, eamq; nullam omnino haberet, falso Doctoratus encomio suam illam

[Margin: arg. — Tom. 7 f. 179 l. de Miss. Ang. & supra in orat. 1.]

ino-

inopiam tegere, maximasq; potestatis opes ostentare voluit. *Tertia* propter Anabaptistas aliosq; nonnullos, qui eius libris ac sermonibus excitati, diuina & ipsi oracula fundere, propriasq; dogmatum familias, quæ ab ipso etiam Luthero dissiderent, instituere voluissent. Cum enim quæ de suo afflatu diuino, suique Euangelij luce iactaret, eadem etiam illi omnia de seipsis, lingua minime titubante, affirmarēt, quid ageret Lutherus? suam ab iis, quos genuisset, auctoritatem sperni sineret? sibi suos pullos recalcitrare pateretur? eos sibi æquari? Nequaquā. Iacto ego quidem Dei spiritum: & vos iactatis. à Deo priscarum abusionum perpurgatorem missum me assero: & vos asseritis: verbum ego Dei purum putum loquitor: & vos loquitamini. Sed tamen veri Euangelij præcones non estis, vt ego. publicè Christianas Ecclesias erudire, Pastores constituere, manus impo-

nere, Præsules efformare non potestis; vt ego. Theologiæ Doctor sum: vos non estis. Hic Rhodus, hic saltus. *Quarta* demũ & postrema causa est, quòd cum Christianos omnes iam inde à baptismo veros Dei Sacerdotes, ipsásque etiam muliercu-las nulla, ne minima quidem sacræ potestatis vnciola, viris vllis inferiores affirmasset; in multorum, vti par erat, animis dubitatio iustissima existebat, cur tam bene, ac Lutherus ipse, non posset vel quilibet, ex infima plebe, tabernarius & baiulus mysteria sacra conficere, ad populum dicere, Pastores ponere, Archiflamines inaugurare. Sed videlicet Doctoratus ad omnia vtilis est. omnia, qui Doctor est, efficere potest; cæteri non ita. O quanto ineptiis illis melius, qui scholis desertis Pistor factus erat Melanchthon! quanto melius eius socius Carolstadius, qui, Doctoratu contempto, burim & sti-

Supra in orat. 2.

uam totus iam rusticus tenere cæperat! Etsi enim labebantur isti flagitiosè: nemini tamen eorum hypocrisis nocebat: in alienos alienarum functionum fines non inuadebat. Sed vt concludam; omnium, omnibus in rebus, optimum est *aurea* illa *mediocritas*, quam, vt deinceps perpetuò teneatis, vos, Candidati mei, etiam atque etiam, hoc tam nobili, tot clarissimorum, doctissimorumq; hominum consessu, hortor & moneo. Multos quidem & graues in Theologiæ studiis labores exantlastis; magnam insignis eruditionis copiam collegistis: multas priuatim, multas publicè litteratissimas dimicationes fortiter excepistis: nolite tamen putare in ea, quã iamiã accepturi estis, Licentia, eximia cæteroquin & honestissima; ea inesse, quæ diuinioris cuiusdã potestatis sunt. nolite pennas nido, vt in prouerbio est; maiores extẽdere: sed cũ ter magno illo gentiũ Doctore,

cuius aliquas singuli Epistolas exposuistis; verè ac sincerè dicite: *Nos non in immẽsum gloriabimur: sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus.* Dixi.

1.Cor.10.

Sequuntur AntiTurcicæ Theologicæ Orationes duæ: quarum

Prior docet, hæresibus & peccatis, nostras contra Turcam impediri victorias: ideoq; in vna nobis omnibus CATHOLICA fide consentiendum, & à peccando desistendum.

Posterior ostendit, prauam iuuentutis educationem bellicis cõtra Turcam progressibus obesse: ac idcirco illam à teneris rectè instituendam.

Oratio Qvarta,
qua prior Antiturcica
Theologica.

DE TVRCICA IMMANITATE PROPVLsanda.

Habita in Herbip. Academia, ipso Conuersionis S. Pauli, Anno 1595.



Vit (Ornatissimi Auditores) in celeberrima Ephesiorũ vrbe, Phormio quidam, Philosophus Peripateticus. Is Cic. 2. de orat. Annibale, qui eô, ad Antiochum Regem, Carthagine tum expulsus, fortè venisset; audiente, complures, de Imperatoris officio, & omni re militari, horas locutus est. Cæteri qui audierant, vehementer & admirati, & delectati sunt. Sed non Annibal. Ab illis enim de Philosopho illo, quid iudicaret, interrogatus,

Multos, inquit, *deliros senes sæpè vidi, sed qui magis quã Phormio deliraret, vidi neminem.* *Neq; me Hercule*, ait Tullianus Catulus; *iniuria. Quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Annibali, qui tot annos de imperio cum populo Romano omnium gẽtium victore certasset; Græcum hominẽ, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam deniq; minimã partem vllius publici muneris attigisset; præcepta de re militari dare?* Fuit Athenis ex infima plebe sutoris cuiusdã filius, Iphicrates. Ei de re bellica, publicaq; disserenti dixit ex Oratorũ numero quidam. *Tu vero quis, vt hisce de rebus vllum verbum facere audeas? eques an sagittarius? veles an legionarius?* Nomina mutentur, & iam, vti quidem suspicor; nonnullis, qui de Turcico bello me dicturum vel audierunt, vel in affixa præscriptione legerunt; Ego Phormio, ego Iphicrates. O Serarie. aciem seriò nunquam vidisti, in castris nunquam

Ibid.

Plutarch. in apopht.

fuisti,

fuisti, & quomodo contra Turcas belligerandum sit, præscribes? Te tubarum clangor, tympanorum mugitus, bombardarum fragor, vnius etiam fortassis paululum ferocientis equi vel saltus, vel hinnitus exanimet, & quî Turcica immanitas propulsanda sit; edisseres? An vero tu Cæsaris in bellica expeditione Consiliarius, aut Principis alicuius, Comitisque legatus, aut nostrarum in Frãconico, vt vocant, circulo, contra Turcas futurus copiarum Dux, Tribunus, Centurio, castrensis minimùm Concionator? Quid, cum belli, & belli adeo grauis & formidolosi administratione, & priuato, & togato, & Sacerdoti, & Theologo? Sane vero periculi magnitudo, publicæ causæ vtilitas, propria etiam cuiusq; salus & incolumitas omnium merito animos solicitos habere: voluntatem vt pro virili opem quisq; ferat; inflammare: linguas ad salutaria, si

quæ cuiquam occurrunt, enunciãda procudere & excitare debet. Priuatus sum. Sed priuatos publica etiam discrimina comprehendunt. Togatus sum, sed à loricata, quæ ad bellum faciāt, possunt togati discere. Sacerdos sum. Sed sacerdotes ante aciem stare, ad prælium q; fortiter ineundum hortari, Deus præcipit. Theologus sum aut certè vocor. Sed nullum, nisi Theologicè suscipiatur, & geratur, bellum iustum, fælix, & salutare. Aggredior igitur, non ea quidem, quam Phormio habuit, dicendi facultate, neq; illa, qua Iphicrates polluit, sentiendi, bellandiq; prudentia; maiore tamen argumenti sanctitate, maiore item vestrâ, si bene vos Auditores humanissimi noui, gratia & facilitate. Nullum hic, qui aut Pœnus sit, aut ad Cannas, Paulos, Varronesq; strauerit, Annibalem video. neque iam de castris, de exercitu, de agminibus, de signorum collationibus,

cut.20.

de opi-

de opidorum oppugnationibus, de commeatu, de insidiis faciendis atque vitandis, de rebus, quæ administrandi belli propriæ sunt, vocem vllam missurus sum, sed tantùm atrocissimæ grauissimæq; Turcarum immanitatis nostris à ceruicibus propulsandæ, quænam, Theologica, Christianaq; ratio videatur; breuiter exponam.

Sed principio illud statim fatendum, esse rationem illam variam admodum, &, cum Plinio vt loquar, multipartitam. Eius tamẽ quasi genera vel capita nõ incommodè duo statuuntur. Vnum est, vt causæ, ob quas à Turcis toties vincimur, remoueantur. Alterum, vt causæ, ob quas eos vincere ipsi possumus; adhibeantur. Et vtrumq; patet rursus quam latissimè. Prius tamen, ad teterrima monstra duo, quæ Christianorum cum Deo, à cuius nutu trophæa omnia; coniunctionem dirimunt; duo nostræ omnium salutis

& felicitatis fundamenta; Fidem dico & caritatem euertunt; reuocari potest. Fidei, omnis à sacrosancta eorum, quæ credi debent; formula, declinatio, ab auita religione, optimisq; maiorum institutis discessio, ab Ecclesiæ demum Catholicæ vniuersali cœtu, apostasia & diuortium aduersatur: Caritati vero impurissima, & cōtaminatissima vitiorum, peccatorumque omnium, quorum longos sæpè D. Paulus catalogos instituit; colluuies. Hæ Theologicæ causæ duæ, quæ diuinum nostra in capita odium & furorem concitant: nostra in supplicia Turcas euocant: media è Scythia Tartaros accersunt: eorum in nos sagittas venenāt: acinaces acuunt: animos erigunt: nosque, inuictos quondam & animosos; muliebriter trepidare ac fugere, inermes vero impurosq; Scythas exultare, nobisque audacissimè seu imbellibus, insultare faciūt. *Si*, ait Moyses, *audire nolueris nomen*

Galat. 5. Ephe. 5.

D. Hieronymus in I- 1.7. ait, vi- orū benè arbatorū igientia erga cōso-

Do-

Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius, & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie, veniet super te maledictiones istæ, & apprehendent te. Tradet te Dominus corruentem ante hostes tuos. per vnam viam egredieris cōtra eos & per septem fugies, vt dispergaris per omnia regna terræ. Seruies inimico tuo quem mittet tibi Deus in fame & siti, & nuditate, & omni penuria. & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. Adducet Deus super te gentes de longinquo, & de exteris terræ finibus, in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis, gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum, & fruges terræ tuæ donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ouium, donec te disperdat, & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruentur muri tui firmi, atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua.

di à fœminеas incisasq; facies præferentibus gentibus, quarũ & sermo & vultus terribilis est. Deut. 28.

Quæ

Quæ de obsidionibus, cæterisq; belli calamitatibus, plura inibi, & in scripturis alibi passim, fidei, cæremoniarum, legumq; sacrarum desertoribus diuina illa interminetur maiestas, prætereo, & quanta veteris, nouiq; Testamenti temporibus detrimenta, religionũ contemptiones, schismata, hæreses importauerint, experientia ipsa demonstro.

Exod. 14. Mirabiliter ex Ægypto Israëlitarum gens euaserat: Pharaonis innumerabiles copias aquis obruerat: vastum, vndosumque pelagus, pedes, pede sicco, pertransierat: Amalecitas in Raphidim vicerat, Chananæum, in monte Hor, suis cum vrbibus contriuerat: Sehon Amorrhæorum Regem in ore gladij percusserat: Og ex Raphaim reliquiis vastissimum, Basan Regem, suo cum populo delerat: Madianitas, suo cũ Balaco, & Balaamo deiecerat: quidquid ad Orientalem Iordanis ripam gentium erat, exterminarat: exundans

Marginal notes: c. 17. — Num. 21. — Iosu 12. — Ibid. — Num. 25.

dans iterato miraculo, ſiccis veſti- Ioſ. 5.
giis, flumẽ percurrerat: Hierichun-
tem munitiſſimam vrbem, ſine vllo c. 6.
ſuo ſudore aut ſanguine, clamore
ſolo expugnarat: Hai, vnius ob no-
xam Achami, iam triumphantem,
inflammarat: Adoniſedec Hieroſo-
lymorum Regem; Oham Hebron c. 7.
Regem; Pharam Hierimoth Regẽ,
Iaphiam Lachis Regem, Dabir E- c. 8. 10.
glon Regem, ſole ipſo, vt applaude-
ret, curſus ſuos ſuſtinente, radiosq;
conduplicante; ſuperarat, patibu-
lisq; fixerat, Horam Regem Gazer, c. 11.
Iabin Regem Aſor, Iobab Regem, c. 12.
Madon, Regem Semeron, Regem
Achſaph, Regẽ Gader, Regẽ Her-
ma, Regem Hered, Regem Adul-
lam, Regem Bethel, Regẽ Taphua,
Regem Hepher, Regẽ Aphec, Re-
gem Laſaron, Regem Thenac, Re-
gem Mageddo, Regem Cedes, Re-
gem Iachanam, Regem Dor, Re-
gem Galgal, Regem Therſa, vnum
& triginta Reges, cum Heuæorum,

Ge-

Gethæorum, Amorrhęorum, Chananæorum, Pherefęorum, Iebufæorum vix credibili multitudine ſtrauerat, cæciderat, contrucidarat: & tamen paucis, poſt Ioſuæ mortem, annis, hi tot, tantorumque Regum, gentiumque domitores, tam DEO chara gens, tot, tantisque victoriis inclyta, tam mirabilibus triumphis nobilitata, vni Cuſath Rathaim Meſopotamio acerbiſſimam, ignominioſiſſimamque ſeruitutem ſeruire cogitur. Quid, ô bone DEVS, cauſæ? Vnde tanta, tam repente, tam indigna mutatio? *Fecerunt*, ait Scriptura, *filij Iſraël malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt Baalim, & dimiſerunt Dominum* DEVM, *Patrum ſuorum*. En vnde iſtę lacrymæ! vnde fundi calamitas! *Dimiſerant Dominum* DEVM *Patrum ſuorum*: patritam religionem deſeruerant: à maiorum moribus & veſtigiis abierant. Cum ipſi tamen reſipiſcerent, Patrumque in viam redirent,

Iudicum cap. 2.

dirent, miſerebatur eorum DEVS, iacentes erigebat, oppreſſos alleuabat, *Saluatores* iis, vt Scripturæ ipſius verbum retineam; ſuſcitabat, Othonieles, Aodos, Deboras, Gedeones, Samſones, alios. Quemadmodum enim ſuperiores cælorum orbes eodem ſecum motu, eos qui ſubiecti ſunt, in ortum vel occaſum rapere dicuntur: Ita etiam à religionis neglectu non æternæ tantum, ſed & terrenæ quoque felicitatis orbis vt vel oriatur, vel occidat conuerti, pariqué impetu contorqueri videtur. Ieroboamus Iſraëlitarum Rex, veterem diſciplinam perturbare, nouam religionis formam excogitare, ſchiſma inuehere, ab Hieroſolymitano tēplo populum auocare, legitimum Sacerdotium repudiare, ſummum Hieroſolymitanum Pontificem nihil facere, Moyſis cathedram aſpernari, è vulgo nouos, nouorum, quæ

Iud.3.

3.Reg.12.

finxe-

finxerat; sacrorum ministros creare incepit. Imitati sunt aliquot Reges, quia hæresin & schisma regno, ne ad Dauidis solium, auulsæ tribus redirent; stabiliendo vtile arbitrabantur. Quid tandem? quid putatis? Ea sanè tempora; ij Reipublicæ fluctus consecuti sunt, vt vnà cum religione omnis è regno illo tranquillitas, honestas, virtus, industria, fides, pax, quies, amicitia, vltimas in terras migrasse viderentur. Plena tumultuum omnia, plena coniurationum, seditionum, patricidiorum. Annis non adeo multis, vndeuiginti Reges fuerunt, neque tamen ita, vt, quemadmodum in Catholico Iudæ regno; vna in familia regia dignitas hæreret: sed nouem omnino mutationibus, huc illuc, quodam veluti æstu, transferretur: neque rursus ita, vt naturalem illi, aut siccam, quæ tardius aut citius obeunda omnibus, mortem obiret, sed variis, cruentisq; casibus, cædibus,

cladi-

cladibus, mortalium infelicissimi exterminarentur. Nadabum eius, qui seiunctionem istam genuerat, filium interemit Baasa: Baasæ filium Elam ebrium & adhuc potantem Zambrius: Zambrium ingens, non ab alio, quam ab ipsomet, subditis ignibus, excitatus rogus: Achabum Benadadus Syrus: eiusdem filium Ochoziam præceps è cœnaculo ruina: huius fratrem Ioramum Iehu arcus: vtriusq; matrem Iezabelem è fenestra deiectio: septuaginta regios liberos, ipsi qui eos educabāt, Optimates: Iehu abnepotem Zachariam Sellumus, Sellumum Manahemus, Manahemi filium Phaceiam Phacæus, Phacæum Osæus, hæreticorum quidem Israëlis Regū vltimus, sed in ærumna & calamitatibus nulli secundus. Tot tamq; sanguinariis dissensionibus dilaceratū penè regnum erat: & tamen adhuc è Syria Benadadi & Hazaëles ita imminebant, vt quemadmodum di-

3.Reg.16.
c. 22.
4.Reg. 1.
c. 9.
c. 10.
c. 15.

bid.c.14. uina narrat historia; *videret Dominus afflictionem Israel amaram, & quod cōsumpti essent vsq; ad clausos carcere & extremos, & non esset, qui auxiliaretur Israeli.* Auxiliati quidem hactenus erant, suis apud DEVM precibus, Elias, Elisæus, aliiq; Prophetæ plures: sed quia eorum monitis apud contumaces animos loci nihil erat, ecce tibi tandem ex Assyria impietatis & perfidiæ vindex gladius, ecce virga furoris Domini Phul, Teglatphalassar, & Salmanassar. O schisma! ô hæresin! ô auitæ pietatis abiectionē! Prouinciæ totius caput obsidetur, occupatur, diripitur. Osæus Rex cōstringitur, exoculatur, in carcerem & neruum compingitur. omnia ferrum & flamma depopulatur. quod cladi superest, in funestissimum exilium, tristissimamq; seruitutem abripitur. O schisma! ô hæresin! ô veteris pietatis abiectionem! *Iratus,* ait è quo pridem haurio Regum liber; *est Dominus vehementer Israeli, &*

b.c.18.

Cap.17.

abstu-

abstulit eos à conspectu suo, & non remansit, nisi tribus Iuda tantummodo. Cur *nisi tribus Iuda tãtummodo?* Multi profecto & graues etiam in tribu Iuda næui erant, vt ex Isaia, Ieremia, & his ipsis Regum monumentis patet. Cur ea igitur *tantummodo* remansit? Cur, vti adhuc significantiùs habẽt septuaginta, *μονωθεῖσα*, id est, si dicere ita licet; *solissima* relicta est? cur non simul oppressa? cur adhuc tolerata? Quia videlicet ea tantummodo tribus Catholica erat. ea tantummodo pristinum adhuc Sacerdotium, pristinũ DEI templũ, pristinosque ritus, & cæremonias, etsi nonnullorum interdum scelere violatas; retinebat. vt apud quos vigent DEI sacra diutiùs, eos DEI dextra tegat diutiùs. Posterioribus vero fidei nostræ temporibus maximæ itidem in Christianis regionibus, imperiorum tempestates, discrimina, conuulsiones visæ, quando à benè, pieque cre-

dendi curriculo deflexum, à Patrũ institutis degeneratum, ad opiniones nouas conuolatum. Cum ad Gothicum bellum Catholicus Imperator proficisceretur Gratianus, hæc ad eum D. Ambrosij erat oratio. *Non ambiguum sancte Imperator, quod qui perfidiæ alienæ pugnam accepimus, fidei Catholicæ in te vigentis habituri sumus auxilium. Euidens enim antehac diuinæ indignationis causa præcessit,* Lib. 2. de fide ad Grat. sub finem.

» *vt ibi primum fides Romano Imperio frãgeretur, vbi fracta est Deo.* Et paulò pòst: *Satis,* ait, *claruit, eos qui fidem violauerant, tutos esse non posse.* Dum euidentem Diuinæ indignationis causam ait; dum eos qui Catholicam fidem violauerunt, tutos esse nõ posse tradit; loquitur Auditores, immortalis ille vir de perfido illo Ecclesiæ Catholicæ perduelle, nefario inquam hæretico Imperatore, ipso, quod gerebat, nomine indignissimo, Valente. *Cuius temporibus, nonne de Thraciæ partibus*, vt sancti eiusdem

iterum vocibus dicam; *per Ripensem Daciam & Misiam, omnemq; Valeriam Pannoniorum, totum illum limitem, sacrilegis pariter vocibus & Barbaricis motibus audiuimus inhorrentem?* Tum primùm Gothi, quorum postmodum arma tot annos Italiam, Galliam, Hispaniam oppresserunt; Istrum, de quo iam nobis cum Turca certamẽ; transierunt, Thracias depopulati sunt, in regiæ vrbis suburbia, ipsa sub mænia, prohibente nemine, progressi sunt: ipsum non tam imperij quam hæreseos Imperatorem immani clade, fugarunt, fugatum rusticam in casam incluserunt, inclusum subditis facibus incenderunt, vt propter quem, apud inferos, tam multi, hæreseos vitio, arsuri erant, is, vti notauit Orosius; iusto Dei iudicio, ab iis ipsis, quos eodem primus errore imbuerat, viuus combureretur. Aspicite, Auditores, vno non corporis, sed mentis, quod potestis; aspectu Palæstinam, Lib.7. c.33.

Ægyptum, Armeniam, Ciliciam, Cappadociam, totamque pænè Asiam & Aphricam, vbi nobilissimæ quondam Ecclesiæ, ab Apostolis, vel Apostolicis viris fundatæ & gubernatæ steterunt; importunissimo, durissimoque Turcarum iugo iam, oppressas & conculcatas. Aspicite quemadmodum, ante annos penè DCCCC. à Mauris, Hispaniæ occupatæ, omniq; feritate diuexatę sunt. In illis quidem, vti vetera Ecclesiarum monumenta testantur; hæreseon neque finis, neque modus vllus erat: in his vero Reges iniquissimi duo, Vitiza & Rodericus, religiosam, quæ Pontifici Maximo debetur; obedientiam abiecerant: impietatis quædam veluti signa sustulerant: cuilibet, etiam sacris ordinibus initiato, vnam pluresque vxores ducendi potestatem, fecerant: grauiq; lege, ne ad Pontificem Romanum vllus appellaret; vetuerant. Taceo ab Romano Imperio Sici-

Lucas Tudelensis & Reuerendiss. Baron. Tomo 8. anno Domini 701.

liam, Sardiniam, multamq; Apuliæ, & Calabriæ partem, Saracenorum impetu abstractam & auulsam, dum Michaël Balbus, & Isauricus Leo noua in studia & opiniones incumbunt. Non commemoro quemadmodum miser adolescens, Valentinianus Imperator, dum hæreticam potius matrem audire, quam Catholicum Patrem imitari mauult, è paterno solio fugere, arces, vrbesq; Imperij paterni amplissimas deserere, tota ex Italia sese proripere, supplexque ad Catholici Theodosij opem, cum improba illa malorum omnium parente, confugere debuit. Et de toto iam occidente actum erat, nisi perditissimis, afflictissimisque rebus auxilio & præsidio ille fuisset, qui, vt ait D. Augustinus; *initio Imperij sui, non quieuit iustissimis & misericordissimis legibus, aduersus impios, laborãti Ecclesiæ subuenire, quam Valens hæreticus, fauens Arrianis* Lib. 5. Ciui. 26.

vehementer afflixerat; ille, *qui*, vt pergit dicere Augustinus, *Ecclesiæ se Catholicæ membrum esse, magis quam in terris regnare, gaudebat*: ille, *qui*, vt apud Suidam est; *Valentinianum quas ob causas tot in mala coniectus esset, edocuit, ad veramq; fidem reuocauit*: ille inquam, qui sanctorum, Catholicorumque Monachorum precibus, quas studiosissimè, litteris etiam huc illucq; datis, petierat, armatus, ipsum tunc Maximum, & postea, Tyrannum alium Eugenium, à quo ferocissimæ, bellicosissimæq; gentes ducebantur; ita superauit, vt diuinæ erga ipsum beneuolentiæ argumenta & plurima, & maxima, certissimaque omnibus innotescerent: &, quãuis à CHRISTI nomine alienus; exclamarit Poeta, illis temporibus nobilissimus.

Claudianus lib. de consul. Honorij.

O nimiũ dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeol⁹ armatas hyemes, cui militat Aether
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Venio ad illud. quod rei magnitudine

dine omnium in ſe animos conuertere, locorum vicinia excitare, ſæculi propinquitate terrere, calamitatis euidentiâ permouere meritiſſimò debet. Conſtantinopolis, altera quondam Roma, Conſtantini Magni ſoboles, Imperatorum regia, Orientis caput, alter imperij oculus, à Mahomete Turcarũ Tyranno anno abhinc centeſimo & quadrageſimoſecundo capta eſt. & quaſi vnam in vrbem Orientis imperium, Græciæ totius dignitas, libertas, opes, vires, arces, vrbesq; omnes incluſæ fuiſſent, ita tum ſimul Græcia vniuerſa occupata, perdita, & ſub Scytharum ditionem redacta eſt: vaſtata templa: ſacræ confractæ imagines: aræ diſturbatæ: infinita hominum vis in ſeruitutem coacta: barbarico ferro, haud minor iugulata: ipſe Imperator Palæologus, plurima cum nobilitate trucidatus: ipſius pilo longo caput præfixum, hac illac, magna cum Chriſtiano-

Conſtantinopolitanũ imperiũ à Turcis quam ob rem occupatum.

rum ignominia & mœrore, barbarorum vero arrogantia & tripudio, circumgestatum: diu è celsiore loco ad spectaculum longè funestissimum, ludibrij causâ, propalam expositum. Ex hoc die, si dies ille fuit & non densissima orbi Christiano nox; ex hoc tamen die, qui anno Domini CIↃ. CCCCLIII. sacræ Pentecostes perendinus erat; Imperatoris Romani ius, titulumq; sibi barbarus arrogare, vetus Byzantiorum insigne, falcatam in militaribus vexillis lunulam, vsurpare, Augustos, Cæsaresq; nostros, non Imperatores, sed Viennæ tantum Reges appellitare, Christianos Principes omnes pro nihilo ducere, in Bulgariam & Hungariam inuadere, Germaniam, Europamq; totam spe, vt sibi etiamnum videtur; certissima deuorare. Et vero quos copiis ante nostris lacessere, Hierosolymam vsque indagare, suis in lustris & mapalibus quasdam veluti feras con-

ipsius l.1. quæst. Epist.16.

ficere

ficere ſolebamus, hos nunc ad nos audacter ventitare, fines noſtros irruere, in Croatia & Hungaria volitare, iamque penè noſtro in conſpectu, locorum, dierumque interuallo non maximo caſtra figere, prædas agere, noſtros exercitus deſpicere videmus. Obſecro, vnde iſta? vnde inquam? Prima valetudinis curatio eſt, morb' bene cauſam perſpicere. Vnde igitur iſta? Nolo coniectura quiſquam vtatur. rem ipſam clariſſimè vt videatis, manibuſque pænè ipſis teneatis cupio. Audite igitur, Auditores ornatiſſimi, audite illum qui ſtantis, euerſæque Conſtantinopolis ſpectator, ciuis quondam, inquilinus poſtea, fuit: qui euentuum, cauſarumq; omnium contemplator optimus extitit: Gennadium dico Scholarium: qui in aula regia ſummos antea magiſtrat' geſſerat, in ipſis poſtea Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ

Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus, vir quantus.

ruderibus primus à Christianorum reliquiis Patriarcha delectus fuit: qui Mahometi ipsi, ob virtutem & sapientiam admirationi tantæ fuit, vt eum ille (quemadmodum hæretici etiam nostri typis mandarunt) sæpe audiret, eius in templum equo descendens veniret, ab eoq; pænè tandem Christianus fieret. Huius tanti tam grauis, spectatiq; viri hunc ô adolescentule N.N. librum accipe: confestim aperi, & recita ipsius ex optimo grauissimoq;, de summi Pontificis primatu, Commentario, sectione decimaquinta, sentẽtiam. Hoc tantum vos, Auditores, aduertite, suos magnum istum virum Græcos, schismaticos & hæreticos alloqui: eos, summa qua potest beneuolentia & demissione; ad miseriarum tantarum causam seriò expendendam inuitare. Sed recita: & vt illius mentem assequantur ac teneant omnes optimè; recita clarè, articulatè, intelligenter.

Crusius in Turcogræcia.

Inprimis ergo (vt inde initiũ ſumam) in memoriam reuocate fratres & Patres, qualiſnam & quanta extiterit noſtra natio. Fuit enim quondam ſapiens, clara, generoſa, prudens, fortis, & quæ omnem terram ſuo ſubiecerit imperio. Præterea virtutis ſtudio & ſanctitate omnes gentes eſt ſupergreſſa, ieiuniis, vigiliis, orationibus, eleemoſynis, & (vt vno verbo dicã) veluti ſpongia hauſit omnem virtutem, Deo ſemper accepta. at in præſentia (proh dolor) omnia interciderunt. Conſtantinopolis capta eſt; cuius rei ſolum recordatione cogor prorumpere in verba cum clamore, & eiulatu, & vltimum effundere ſpiritũ. qua vrbe expugnata aræ prophanatæ, templum conculcatum, magna effuſio ſanguinis ſecuta, pollutæ moniales, virgines corruptæ, caput infantib. abſciſſum, impiorum manibus principes occiderunt: Monachi ſacri, Sacerdotes, Præpoſiti, viri, fœminæ, connubia ſunt diuulſa, ſacra vaſa confracta, imagines ornatiſſimæ cõculcatæ ſunt, ac ſputis conſpurcatæ. O me miſerum atq; infelicem, quis poterit vnquam

Legit adoleſcẽs grauiſſimum hoc Gennadij teſtimonium.

quam tantam cladem deplorare, & verbis acerbum casum exprimere? heu ubi regius apparatus & comitatus? ubi ordo palatij & disciplina? ubi tot Principũ examen? ubi Schola sapientiæ? Væ mihi misero, ubi Patriarchalis administratio, ubi ornatus Ecclesiæ? ubi tantus & talis sacrorum monachorum, ac non sacrorum ordo, chorus, & numerus? ubi monachorum & monialium ordines? Ecce, nonne cuncta sunt à Mahomete absorpta, nec tãtum in ipsa urbium Regina ea mala obuenêre, verumetiam in subiectis regionibus plura ac deteriora; perq; singulos dies hæc apertis oculis intuemur, intelligimus. Quamobrem ergo hæc? vel vos mihi dicite per Dominum. Deinde: *O meam calamitatem. Nonne reliquum est plorare & lamentari, ac disquirere causam & videre propter quæ patimur hæc? ego vero aliam non possum inuenire (neq; enim virtute nostra natio cæteris gentib. peior est; imo vero melior, nam dictum est, vereque dictum, nationem nostram omnes nationes virtute & moribus antecellere)*

nisi

nisi schisma, & quod se subtraxerit ab obedientia & subiectione Romanæ Ecclesiæ. eam solam esse causam interitus nostræ gentis, quia postquam ab ea diuisi sumus, maledictionem accepimus, & patimur quæ nos patimur. O cæleſtes iras! O magnam veritatis vim! Quilibet patriæ ſuæ amans eſt. In ea magnæ alicuius calamitatis cauſam hærere, libens patitur nemo. Et ſe Gennadius noſter alias etiam cauſas quæſiiſſe, demonſtrat; Sed *aliam*, ait, *non possum inuenire causam, nisi schisma, & quod se gens nostra subtraxerit ab obedientia & subiectione Romanæ Ecclesiæ.* Neque hoc ſatis. ſed cauſis aliis omnibus, quas ſuſpicari fortè quis poſſit, excluſis, *eam*, ait, *solam decerno esse causam interitus nostræ gentis.* Audin' Germania? Audin' Hungaria? Audin' quæcunque in Septentrione regio te à Catholicæ fidei conſenſu diſtraxiſti! Horrendum verò & maximè formidandum quod adiungit: *Postquam ab Ecclesia*

Roma-

Romana diuisi sumus, maledictionem accepimus, & patimur quæ nos patimur. Quid volumus, Auditores, amplius? satisne cur crudelissimam, grauissimamq; Turcarum dominationem Græci subierint, perspicuum? Quin & nonnullis quasi portentis, tantæ tragediç causa diuinitus ostensa. Nō enim aliis, quam sacræ Pentecostes diebus, ter infelix ciuitas in Barbarorum potestatem venit, vt qui Spiritum sanctum à Patre, Filioq; procedere negabant, qui eiusdem Spiritus sancti afflatu Apostolicam sedem dirigi, perpetuoque gubernari non credebant, qui eiusdem sanctissimi Spiritus lectissima organa veteres tum Græcos, tum Latinos Patres non audiebant, ij, ipsa Spiritus sancti festa celebritate, pœnas, easq; adeo graues & exitiales penderent: & quidem eo ipso anno, quo infructuosam arborem radicitus euellendam, tertio ante anno, iis Nicolaus quintus Pontifex Maximus

[margin note: onstantiopolis cur festis Pēcostes à urcis capta.]

vatici-

vaticinans denũtiarat. Recita Pontificis verba; ſed cum ipſius Gennadij & prooemio, & epilogo. Gennadij Patriarchæ verba. Sect.14.

Sed quid, ait, *euenit noſtra memoria nunc ſub Nicolao quinto Pontifice Maximo? Cum legati à Conſtantino Imperatore, qui vocabatur Dragaſes, ad eum miſſi adhuc ſuperſint: quibus litteras dedit plenas timoris & horroris. Vbi apertè, cum execratione, prophetizat excidium, & internecionem extremam infeliciũ Græcorum: In quibus alia multa (dum conuicia & probra reſciſſet, quæ à Græcis quotidie impudentiſſimè iactabantur) mirè & hoc dicit.. Omnes gentes decretum quod ſancitum eſt receperunt: Græci vero neq; receperunt, neq; ſpes eſt vnquam eſſe recepturos; quæ ſuper concordia & vnione decreta ſunt. Procraſtinationes enim procraſtinationibus ab eis ſemper prætexuntur, excuſationes, & reſponſiones in ſingulis. Neq; vero Græci arbitrentur Romanum Pontificem ita mẽte eſſe deſtitutum, omnemq; Occidentalem Eccleſiam, vt nõ intelligat quæ in ſingulis dilationibus re-* Nicolai Pontif. verba.

ſpondendo nugantur. Optimè cuncta nouimus: Sed toleramus in IESVM *reſpicientes ſempiternum Sacerdotem, & Dominum, qui ſterilem illam ficum vſque ad annum tertium iuſſit aſſeruari, agricola iam ad excidendam arborem ſe accingente, quia nullum fructum ferebat. O magnam calamitatem! anno* MCCCCLI. *hãc conſcripſit epiſtolã. &* MCCCCLIII. *capta eſt Conſtantinopolis. num poteſtis dicere hæc vera non eſſe? Minime gentium, cum id ſit manifeſtum, & res ipſa apertè loquatur. Tres inquit annos expectabimus, ſi vos fortè à ſchiſmate, & ſeparatione conuerteritis, & vos verè decreto adiunxeritis, ſecundum Saluatoris de ficu præceptum. Si verò non, excindemini, ne terram ocioſam & inutilem reddatis. hoc miraculorum miraculũ maximũ: Quod (vt in epiſt. ipſa ſcribit Nicolaus Papa) Græcorũ gens illa magna & formidabilis, ſapiẽs, clara, fortis, terrarũ domina, ob diuinam vltionẽ ita in Barbarorum ſeruitutem abducta ſit.* Quod ſi omnium ille aſſenſu cõprobatus ver-

ſiculus ver⁹ eſt; vt eſt ſanè veriſſimus: *Tunc tua res agitur, paries cũ proximus ardet*; quo tandem animo Germania noſtra eſſe debet? quàm attendere, quã in poſterum prouidere? Dum illam, quam alicubi ridet Lutherus ſuis in Litaniis precem Catholici Hungari recitarẽt, *vt nos defenſores tuos exaudire digneris*; quoties & quã gloriosè de Turcis triumpharunt? Fuit, antequã hæreſin complecteretur; ea natio victrix ſæpiſſimè, victa rariſſimè, & tũ quidem non niſi aliqua noſtrorum vel culpa, vel incuria. Quid Liuonia? quæ ſæculi huius initio tot Moſchouitarum cõpiis feliciſſimè reſtiterat, nonne poſteaquam aures nouo iſti Euangelio patefecit, ſuas ipſa Neruias, Torpatum, Rigam, cęteras regionis totius vrbes, clauſtra omnia Moſchouitis, vt eorum ſub iugũ anno Domini CIↃ.IↃ LVIII. mitteretur, aperuit? Creſcit indies magis, magisq; illud malũ; & ni maturè diſpicit; opinione citi⁹, intima

Lib. contra Cæſaris mandata.

Coclę. dial. de bello Turc. c. 27.

Germaniæ nostræ viscera, ipsumq́;, vt ita dicam; cor peruadet. Etenim quæ Turcis ad nos via magis compendiaria, quis sterni aditus commodior potuit, quam si Catholicæ societatis vincula dissoluerentur, animorum coniunctio disrumperetur, rituum consensio perturbaretur, grauissimæ, quotidianæq́; inter nos contentiones, odia, suspiciones, excitarentur? *Concordia res paruæ crescunt, discordia vel maximæ dilabuntur. Vnus*, ait Sapiens; *ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Vnus orans & vnus maledicēs, cuius vocem exaudiet* DEVS? *Omne regnum*, ait Saluator & Dominus noster, *in se diuisum desolabitur.* Ideoq; Turcæ ipsi suis in fanaticis precibus, id à DEO supplices exposcunt, vt *Gauri* (sic enim nos Christianos appellant) mutuis contentionibus diffideant. ita vt sit ille Turcis & optatissimus, & gratissimus, inter nos dissidia quisquis excitat. Quis vero non inter

Salustius.

Eccles. cap. 34.

Matth. 12.

priua-

priuatos tantum, ſed principes etiam, ciuitates, prouincias, gentes, nationesq; alioqui coniunctiſſimas, plura, funeſtiora, longius latiusq; patentia, quam hæreſis excitauit? Quis pluribus, truculẽtioribus, periculoſioribus eiuſdem gentis, linguæ, habitus, regni homines ſimultatibus, factionibus & bellis quam hæreſis hodiernæ architectus inflãmauit? In re perſpicua non hærebo, non repetam quemadmodum initio, cum Turcis bellum gerendum ille negauit, quemadmodum à milite, commeatu, pecuniaq; ſuppeditanda, Principes, ciuitatesq; nonnullas abſterruerit, aut certè, de Reipublicæ ſumma in Comitiis cũ ageretur, eos, niſi quæ vellent iniquiſſima extorſiſſent; tergiuerſari, magnoque cum publici boni exitio cunctari fecerit. hoc tantum referam, cum quas res noſtra in Germania moliretur Lutherus, quas diſſidiorum faces ſpargeret; ipſe Turca-

Lutherus Turcis vtiliſſimus, & gratiſſimus.

rum Princeps audiisset, maximopere gauisum esse: optasse insuper, vt quo diutius viuere, fataq; discordiarum semina diutius irrigare ac propagare posset idem Lutherus, annorum minus haberet: voluisseque illum, quasi sibi iam auctoratum (vt deinceps scilicet turbas nauiter dare, Germaniamque totam prodere pergeret) muneribus, præmiisq; afficere. Narrant hoc boni, fideq; digni scriptores Catholici: sed eorum tanquam aduersariorum, ne suspectum cuiquam testimoniũ sit; Ioannem Aurifabrum audire satius fuerit: summum illum Lutheri præconem, qui ab eius, dum viueret, latere vix discedebat: qui tantam per eum, Euangelij lucem Germaniæ affusam ait, quanta non in Germania solum, sed nec vlla omnino in gente, ab Apostolorum temporibus vnquam fuerit: qui Germanorum ex Ægypto reducendorum *verum* eum *Moysen & Aaronem* appellat,

In præfatione der Tischreden Lutheri.

Ibidem.

verum

verũ orbis Prophetã deprædicat. Recita è Sympoſiacor. cap. 75. ipſiſſima, Lutherani huius Aurifabri verba: Fol. 444. edit. Franc anno 156

Ein trefflicher glaubwirdiger Mañ/ mit Nahmen Schmaltz / Bürger zu Haganaw / der in Legation bey dem Türcken gewesen/ ſagte/ daß der Türckiſche Keyſer hatte gefragt / was Luther für ein Mann / vnnd wie alt er were ? darauff er der Legat jhme geantwortet / er were jrgendt acht vnd viertzig Jahr alt: ſoll der Türck geſagt haben / Jch wolte daß er noch jünger were / dann er ſolt einen gnädigen Herren an mir wiſſen. Auditis quàm Tyrannus Turcicus in Lutherum propenſus, beneuolus, beneficus! Sed propter aut Gallos, aut Polonos præſentes, qui Germanicam nondum forte linguam didicerunt, eadem fere ad verbum Latinè iterum recita. *Præſtans & fide dignus vir, nomine Schmaltzius, ciuis Hagenoenſis, qui in legatione ad Turcam fuit, referebat; Turcicum Imperatorem interrogaſſe:*

Quid hominis esset Lutherus, & quot annos natus? cumque respondisset Legatus, esse illum annorum circiter XLVIII. *dixisse Turcam: Optarem eum adhuc iuniorem. Nam me sibi gratiosum Dominum haberet.* Meritò sanè Luthero Turca Sultan & Dominus & gratiosus. Nam neque Azapi, neque Ianizari, neque Spahiolani, neque Saluphtari, neque Vizieri, Bassæ, Bellerbegi vlli, Turcarũ adeo rem augent & amplificant, quam pseudoChristianorum ij, qui animos, voluntates, viresq; nostras distrahunt, pulcherrimum Ecclesiæ cõsensum dissipant, mutua nos in vulnera concitant & accendunt. Eadem in castra interdum conueniunt, eadem labara sequuntur, eidem, cum visum; Imperatori obtemperant; firma tamen, fidelis, & sincera concordia non est. Si alij alios aliquo in discrimine videant, vel omnino deserunt, vel cunctabũdi certè subueniunt. Tanti est Papistas, quã Tur-

casperire. Nihilo contra Turcam, quam contra Papam, solenni illo hæretico carmine, **Erhalt vns HErr bey deinem Wort**, vehementius boatur. Et quomodo, nisi vero ad Ecclesiam reditu, vera cum D. Paulo, cuius anniuersaria hodie memoria, cõuersione, nostrarum hæc victoriarum impedimenta tollantur, Turcicorum materia & seges successuum euellatur, vincere diu, aut viuere possumus? Superesset, alteram, vt malorum nostrorum causam, scelerum, flagitiorumque teterrimam pestem, pœnitentiæ, morumque commutationis ferro resecandam ostenderem: sed ne in hoc quidem, plures horas vt dicam; Phormionẽ agere volo. Ideoq; & alterius generis Turcas debellãdi rationem aliud in tempus differo. duas tãtum vel tres breuissimas quidem, sed vtilissimas duorum & doctrina, & sanctitate præstantissimorum Patrum sententias ad extremum affero. *Nostris*, ait

Epist. 3. D. Hieronymus, *peccatis Barbari fortes sunt: Nostris vitiis Romanus fugatur exercitus.* Et alibi: *Quidquid mali super nos adducitur, nostra peccata fecerũt:* In Hieremiæ c. 25. vide & in Ezech. 16. *omnesq́ gentes, vt tunc adducta sunt contra Ierusalem, sic hodie adducuntur contra Ecclesiam negligentem. Ciuitati* (ait Serm. 85. D. Ambrosius: addo ego parem de regno integro, & regione esse rationem) *non nisi propter ciuium, peccata infertur excidium. Desine peccare, & ciuitas non peribit.*

Dixi.

ORATIO QVINTA, quæ posterior ANTITVRCICA.

PROPVLSANDÆ TVRCARVM IMMANITATI OBESSE ADMODVM prauam iuuentutis educationem.

Pronunciata Herbipoli die XI. *Septemb. Anno* CIↃ. IↃXCVII.



ONTRA eam, ornatissimi Auditores, quæ à Luna, vti visum plurimis, nomen accepit, Hierichuntinam vrbem, ter & decies, ij qui cum fortissimo, sanctissimoque Imperatore fuerunt Sacerdotes, sacerdotales tubas inflarunt. Neque profecto frustrà. Nam, vt in sacrosancto Codice legitur; *omni populo vociferante & clangentibus tubis, postquā in aures multitudinis vox* Iosuæ c.6.

soni-

sonitusq; increpuit, muri ilicò corruerun, *& ascendit vnusquisq; in locum, qui contra se erat: ceperuntq; ciuitatem, & interfecerunt omnia, quæ erant in ea, à viro vsq; ad mulierem: ab infante vsq; ad senem*. Hiericho verò, quænam hodie alia, quam cui Luna insigne, cui Lunata vexilla, Lunaticæ arces & templa; insanissimorum, dirissimorumq; Turcarum imperium? Contra illud, quia sacerdos; duobus aut tribus abhinc annis, hoc eodem isto loco, eadem Academici honoris occasione, cœpi ego, quod vestrum plerosque meminisse arbitror; clangere aliquid, iterumq; hodierno die, sed multo quam tum breuius; exilem quendam susurrum, potius & stridorem, quam tubæ clangorem, fundere constitui. Et quia de impedimento, quod Turcicis in bellis, ab hæresi nobis obiicitur; dixi, alterũ, quod à peccatis, malisque moribus est; aliquantulum attingam. non vt tristem, horridum, doloris querelæ-

Suprà in Antiturc. 1. Lipsius.

que

que plenissimum locum totum persequar (plurium id clepsydrarum foret) sed eam tantum, quæ ad bonitatis educationem spectat; particulā indicem, non explicem.

Hæc enim ipsa educatio duobus mihi modis bellorū nostrorum cursum retardare, grauiterq́;, ne secundior lætiorq́; sit, impedire videtur. *Vnus*, quòd illius negligentia, grauē ad iram, DEVM optimum & clemētissimum vehementer concitet. *Alter*, quòd eandem Christianam iuuentutem bello, tam difficili præsertim, tamq́; graui & periculoso; idoneam esse haud concedat. Nam, quoad priorem; ita ratiocinari debemus. A præpotentis Dei nutu & beneuolentia victoriæ omnes pendent. In eos verò, qui ipsius leges violant, nutus & beneuolentia esse non potest. Quæ iis ergo victoriæ? Quis bellorum felix exitus? *Equus, ait*, Regis, vatis, bellatorisq́; summi filius; *paratur ad diem belli: Dominus autem*

Bonis bellis obest bifariam mala iuuentutis educatio.

1.

2.

I. diuinam iram accersit mala institutio.

Prouerb. 21.

tem salutem tribuit. quasi diceret. Belli consilia diu multumq; coquuntur: numerosissimus vndiq; miles cõscribitur: armamẽtaria refertissima pãduntur; plurima omnib. è granariis & cellis annona vehitur: hastæ, gladij, lanceæ, sclopi, omnisq; generis tormenta expediuntur: vexilla eriguntur, peditum equitumq; agmina educuntur: clangunt tubę, occanũt litui, mugiũt tympana, coruscãt fremuntq; armis omnia: sed *Dominus est, qui salutem tribuit. Cum*, ait sacrorum librorum alius; *hostes adesset, atq; exercitus esset ordinatus, bestiæ, equitesq; oportuno in loco compositi, considerans Machabæus aduentum multitudinis, & apparatum variorum armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientem Dominum inuocauit, qui non secundum armorũ potentiã, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriã.* Auditis Auditores; *dat victoriam? dat prout ipsi placet? dat dignis?* Nõ est Deus noster Poeticæ fortunę, aut

...Machab. ...lt.

cæci

cæci illius, apud Ariſtophanē, Plutonis inſtar, qui, vt iſti diuitias, ſic & ipſe indignis victorias largiatur. Nos vero Chriſtiani, cauſa noſtra ſi ſpectetur; digniſſimi: ſin noſtra in liberis probè Chriſtianeq; inſtituendis peruerſitas; indigniſſimi profecto ſumus. *Educate*, inquit magnus ille diuinarum legum præco Paulus; *filios in diſciplina & conceptione Domini.* Ephef. 6.

Rurſumq; alius: *filij tibi ſunt? Erudi illos, & curua illos à pueritia illorum? Non corrideas filio, ne doleas, & in nouiſſimo obſtupeſcant dētes tui. Non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius, curua ceruicem eius, & tunde latera eius, dū infans eſt, ne forte induret, & non credat tibi, & erit dolor animæ. Doce filiū, & operare in illo, ne in turpitudinē illius offendas.* Vtinā vero ſoli in liberorū turpitudine offenderent, ſoliq; dolerēt parentes. magnū id quidem valdeq; fugiēdum malum eſſet; priuatū tamē, & quod totam in Remp. non redundaret. Nunc verò diuinæ Eccleſiaſt. 7. 30.

iſtæ

istæ leges, dum à parentibus contemnuntur, nullamq; vel exiguam ij educendæ sobolis rationem habét; quam in vniuersum populum excãdescit DEVS! quàm indignatur? Cũ ignauũ quendam Tribunum Numantinus concastigaret Scipio: *Tu*, aiebat; *mihi paulisper; tibi & Reipubl. semper nequam es.* Ita sanè. & sibi & Reip. Christianæ semper nequam, qui nequiter filios educant. *Vnum*, ait Plato, *est quod magnum est; liberorũ educatio. quare Respublica circulo similis. Quomodo hi à parentibus educantur filij: sic ab his fere sui etiam filij, & ab his rursum nepotes, pronepotes, posterique omnes.* Cui ab ore aureo aureum dedit nomẽ antiquitas, sanctissimi Patris querela est: *Vnde acerba & intempestiuæ mortes? vnde morbi perpetui atq; grauissimi? vnde damnis & incommodis afficimur: vnde casus varios, vnde calumnias, vnde mala innumera quotidiè perpetimur? Nõne quod filios nostros malos aspicimus, & emendare negligimus?*

Plutarch. in apopht.

Lib. 9. de Repub.

D. Chrysost. lib. 3. contra vituperatores vitæ monast.

Fuit

Fuit quondam Iudæorũ sacerdos & Princeps Heli: filios, veteris legis ritu, duos habebat: iis erudiendis & corrigẽdis curam æquo minorẽ impendit. Quid tandẽ? Magnum eius familiæ sacerdotiũ ademptum: magnam ad paupertatem vel egestatẽ potius & mendicitatem ea redacta; magna eius pars hostili ferro, miserisq; modis aliis exterminata. Neq; tamen diuina hic vltio cõstitit. Aduersus Israël (scripturę verbis narrabo.) *pugnauerunt Philistini; & casus est Israel: & fugit vnusquisq; in tabernaculũ suum: & facta est plaga magna nimis, & ceciderunt de Israel triginta milia peditũ.* O fugam! ô stragẽ! Idololatræ impij erant Philisthæi: variorũ maximorumq; scelerum cœno cõtaminati. eos tamẽ educationis prauæ vindices, iræ suæ administros DEVS esse voluit: Hi electum DEI populũ religionis causa optima præsidentẽ; arcæ in castrorũ locum aduentu exultantẽ, numinis præsentia pæne iam

1. Reg. 2.

Ib. c. 4.

Ibid. v. 10.

triumphantem turpissime fugarũt, dissiparunt, prostrauerunt. Neq; tamẽ adhuc cladis modus. Funestiora, quorũ vel auditio sola è solio Põtificẽ, alioquin optimũ, deturbauit, cerui cemq; fregit; accesserũt. *Et arca*
ibid. v. 11.
Dei, ait diuina narratio; *capta est.* O captiuitatẽ! Arca nõ auri vel argẽti, nõ Crœsi aut Darij, sed arca Dei capta est. O calamitatẽ! Arca Dei, non ara holocausti, nõ altare thymiamatis, non aureũ candelabrum, aut mẽsa propositionis, non ipsum deniq; tabernaculum captũ est: sed qua in Iudæorũ sacris, nihil sanctius, nihil augustius: quæ in operto custodita semper, quę non nisi semel in anno, & ab vno tantũ, eoq; sacerdote tantũ, eoq; sacerdote maximo adita & cõspecta, in qua prępotentis Dei digitus, cælestes tabulę, Aaronis virga, mannæ vrceus: super qua propitiatoriũ, Cherubini, DEVS ipse; capta est, ita, vt nõ homines tantũ fusi tũc cæsiq; ; sed si ita dicere fas, ipsi quo-

dam-

ãmodo Angeli, ipse Angelorũ Dominus, teterrimo felicissimoq; prælio, subactus, victus, vinctusq; videatur. Quàm eo tẽpore *inglorius Israël?* v. 21.
quod Hebræis omnib. inustũ dedecus? Sacra & arcana illa impuri Palæstinorum oculi spectarũt; incestæ nan⁹ tractarũt, impura ora irriserũt, nefarij sacrifici cõtaminarunt. Verè um quod sacerdotis illius prægnãs pariẽsq; nurus dixit, natus *Ischabod,* Ibid.
d est, vt quidem interpretatur Iosephus; ἀδοξία seu ignominia & dedec⁹, vel, vt noster aperti⁹ Interpres; *Trãslata est gloria de Israël.* Et vna tot tãtorumq; malorũ, Auditores, origo, est prætermissa, quę esse debuit, liberorũ educatio & correctio, prout paulò antę mihi laudatus, vtilissima, ornatissimaque oratione certum facit Chrys. Et miramur, cum tãta primæ l. 3. contra vitup. vi. Mo.
pud nos ætatis socordia sit; cur copias interdũ nostras Turcę deleant, propugnacula capiant, vrbes expunẽt, tẽpla & aras prophanẽt, ipsũq;

adeò sanctissimum Christi Domini sepulchrum, & salutis nostræ monimentum, sua in potestate adhuc teneāt! *Adhæc*, ex ista parentū iniuria, innumerabilia iuuenū ipsorum tanquā ex equo Troiano, pacis belliq; tempore, flagitia erumpūt, quæ non nisi maximas iracūdiæ diuinæ faces subiiciunt. Omitto illa, quę in pace, & domi, tam ab iis, qui ad Ecclesiasticum, quā qui ad ciuilem statū applicādi sunt, fieri quotidie videmus: quæ in bello admittuntur quis enumeret? Audiamus quas Christianis militib. magnus ille solitudinis Imperator, verusq; campidoctor leges
Luc. 3. sciscat. *Neminem*, ait, *cōcutiatis*. Corpora omnium, qui hostes nō sint, sacrosancta esse debēt. nemo vn⁹ manu, fuste, gladio verberādus, aut minimū trudendus & commouendus. Nostrorū igitur ad pecuniā, escā, vel potionem, quā nō necessitas, sed libido cōcupierit, extorquendam, in pacatorū & Christianorum regioni-
bus,

ous, iniurias, verberationes, pulsationes, vulnera, lacerationes, exanimationes, quantũ diuini nobis furoris accersere putatis? Pergit ille. *Neminẽ calumniis circumueniatis.* Verbũ Græce vnicum est συκοφαντεῖν, de quo etsi, ex Gordiano, suis in Dispũctionibus recte quiddã Alciatus notauit: latissimè tamen eius notionẽ patere nõ dubito, vt sycophantari dũ vetat Baptistes, nõ callidas tantũ & vafras accusatorum sycophãtias; litiumq; calumnias, (ad iuris enim peritos forique rabulas, & quadruplatores huiusmodi præceptio spectaret) sed sycophantiosas etiã omnes verborũ & actionum obscœnitates, impuritates, libidines auerruncet. At, bone DEVS, quid hic loquar? Nullã, ne vxorem quidẽ, apud veteres illos orbis domitores Romanos, mulierẽ in castra olim ducere licebat. hodie apud nos Christianos, vtinam vxores tantũ! adeo vt, quemadmodum à rei bellicæ peritissimo quodã duce Im-

Ibid.

Cic. Philip. 5. Catil. 2. Valtrin. l. 1. c. 6.

Io. Comitis Tarnouij de bello Turc. lib. Herbipoli edit. pag. 28.

peratori Carolo Quinto scriptũ est, Turcicus quidam Bassa cohortuerit. Cum enim castris nostros exuisset, ingentemq; lenonum (calonum dicere volebã) & mulierum numerum vidisset; *proh pudor*, aiebat. *Cum viris mihi pugnandũ arbitrabar: sed scorta tantùm inuenio.* Tandẽ vero noster ille militandi Magister: *Contenti*, ait, *estote stipendiis vestris.* Non sola sociorum corpora, sed facultates etiam fortunasq; omnes, quàm tutissimas esse vult. Gentilis post eum Imperator, Aurelianus Tribuno cuidã suo scribebat: *Si vis Tribunus esse, imo si vis viuere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat: ouem nemo contingat: vuam nullus auferat: segetẽ nemo detrahat: oleum, sal, lignũ nemo exigat: annona sua contentus sit: de præda hostis, non de lacrymis prouincialiũ habeat.* Fieri sane sic oporteret. sed qui iã mores? quæ tempora! Omnia omnium expilare, vastare, diripere, diffringere, dissipare generosi partes militis

Luc. 3.

Apud Vopisc in Aurel.

putan-

putantur. Et Tribunorum, Centurionumq; pleriq; adeo stipēdiis suis contenti non sunt, vt publicā pecuniam auertāt, paucos & infrequentes sub signis gregales habeāt: quasi tamen plenissimus numerus foret, stipēdia exigāt: & horum, etiā paucis illis exsoluenda cū sunt, magnā partē retineant, neq; hostes tantum, vel hospites, sed suosmet milites depopulentur. Quid hac iniquitate iniqui⁹? quid saluti publicę inimici⁹? Iosuanis temporib⁹, fuit è Iudæa tribu, Achan, q in Hierichuntinæ, ditissimæ vtiq; vrbis excidio, spoliorū nescio quid, cōtra Imperatoris pręscriptū, surripuit & defodit. Paulò post cum ad vicinā vrbē Hai capiendam ter mille bellatores Iosue mitteret, *statim terga vertētes percussi sunt à viris vrbis Hai, & corruerūt ex iis 36. homines: persecuti sunt eos aduersarij de porta vsq; ad Saberim, & ceciderūt per prona fugiētes: pertimuitq; cor populi & instar aquæ liquefactū est*. Cōsulit ergo ille multis

Iosuæ c. 7.

Vers. 4.

cum queſtib. & lacrymis Dominum
v. 11. reſpondit ipſe. *Peccauit Iſrael præuaricatuſq́; eſt pactum meum; tuleruntq́; de anathemate, & furati ſunt. Non ero vltra vobiſcum, donec cõteratis eum, qui huius ſceleris reus eſt.* Quis non obſtupeſcat Auditores? *Eum*, ait, *qui huius ſceleris reus eſt*, non eos, quia e ſexcentis hominum millib. & amplius vnus tantum, quem auri ſacra fames cęcarat, inuẽtus fuit. & tamẽ ob vnius huius culpam hanc, tantæ cæleſtes iræ, tãta tantis in copiis fuga, cædes, trepidatio. Latam ab homine, eoq́; politico, de totius diei ieiunio legem, v-
1. Reg. 14. nus illius filius Ionathas violarat. & violarat, vt dixi, vnꝰ tantũ, & imprudens & perparum tantum obuij ſylueſtris mellis deguſtans, confectus inedia, ſudore, laboreque maximo, quẽ aſperrimos rupiũ ſcopulos perreptando, hoſtiũ caſtra ſuo cũ armigero, inuadendo, immanem eorum ſtragẽ edendo, fugientes palanteſq́; acriter & longè per ſaxa, montes, a-

gros & syluas, non eques sed pedes insequendo, totum pæne diem, exantlarat. nihilo tamen minus de victoria interrogatum dei oraculum obmutuit. Quo igitur vultu eos è cælo exercitus Numen aspiciat, in quibus non ab vno vel altero, sed à tam multis, non imprudẽtia vel necessitate aliqua, sed mera ex nequitia & proteruia, Ecclesiæ scita omnia conuelluntur, decalogi parti vlli vix obtemperatur, ebrietati & aleæ vacatur, popinis & comessationibus indulgetur, assiduè luditur, contenditur, iuratur, peieratur, omnes in libidines proruitur? Omnis vero ista licentia, si ad rei cuiusque primordia bene mentem aduertimus, ex eo est, quòd tenerior liberorum ætas, nullo Dei timore imbuatur, nullis defugiendorum scelerum præceptis instituatur: nullis pulcherrimarum virtutum exemplis, ad officium & integritatem excitetur. Vtar hac in vrbe tam vitifera,

hoc maturarum vuarum, pendentisque vini tempore, Diotogenis Pythagorei similitudine. *Fieri, ait, non potest, vt qua bene non colitur, vitis, fructum vtilem afferat: neq; generosi equi habeantur, si pullorum educatio negligatur.* Ideoq; & hinc *modus alter*, quo tota nostra cum Turcis belligeratio impeditur, cum nequeant, qui prauè alti & instituti sunt, vtilem bello isti operā nauare. Sunt enim, vt feliciter Mars cadat, hostis cōcidat, victoriæ insignes pariantur, necessaria, in toto quidem exercitu *disciplina*: in singulis vero militibus sacramēti militaris *religio*, ad Ducum iussus *obedientia*, in præliis & periculis animi *magnitudo*, in muniis & laboribus *tolerantia*. *Disciplina* pręcipuum Imperij decus & stabilimentum, olim vocata est, quæ vt Rutiliana & *Manliana* supplicia ostendunt, vel carissimorum pignorū sanguine retinenda videretur, quæ vt Alexandri Seueri habet oratio; Rempubl.

I de sanctit. apud Stob. s. 41.

II. bonæ militiæ ineptos facit mala educatio.

Ad victorias necessaria quinque.

I. Disciplina.

Valer. l. 2. c. 7.

ipſam teneret, qua dilapſa dilaberẽtur, funditus perirent omnia. Eam verò velintne ij aliquam, quibus per eorum, à quibus vinciri debuerunt; vel inertiam, vel indulgentiã, pueritia & adoleſcẽtia ſolutior extitit? qui ſuo ſemper animo, effrœnes, obſecuti ſunt? qui nulla vnquã diſciplina in rectæ rationis gyrum adduci potuerunt? Præclarè, & meo quidem iudicio ſupra militem, Miles quidã honeſto loco natus. Fratrẽ in litterato iuuenum contubernio, ſeu, vti iam appellamus; cõuictu quodã habebat. Hic illi, è bello redeunti, de legum, quibus in ſchola & conuictu ſtingeretur, duritia quiritabatur, & cum eo militatum ire vt liceret, poſcebat. Si, aiebat, paulò me tardiùs è lectulo proripui: ſi ſyllabã lectionib. recitãdis titubaui: ſi abſq; facultate, domo, digitum longè, pedẽ extuli: ſi verbulũ ſtudiorum tẽpore locutus ſum, pœna ilicò ingens ſubeunda. Tũ huic ille: Quid narras, mi frater?

quæ obſecro pœna? ferula, virga, obiurgatio. Tace Frater. Caue, ſis, deinceps muginere. Nobis in militia leges ſunt quadraginta vel quinquaginta, quarum quælibet ſuſpẽdio & capite luenda. Si ſcholaſticas non fers, militares iſtas quî feres? Nimirum

Ouid. *I. de ar.*

Phyllirides puerum cithara perfecit Achillem
Atq; animos molli contudit arte feros
Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſtro
Verberibus iuſſas, præbuit ille manus.

I. Sacramẽtorum religio.

Iam *iuriſiurandi religio eſt*, quæ in Ducis poteſtate milites continet, quæ ſigna deſeri prohibet, tranſfugia cõpeſcit, proditiones omnes deteſtatur, *primum*, vt à Romano ſapiente

Senec. Ep. *96.*

ſcriptum eſt, *militiæ vinculum*. Quod nam vero iis ſacramentum religioſum, quibus per fidem & animam, per IESV CHRISTI vulnera, per mille quotidie Sacramenta, iuſiurandum teſſera eſt, periurium ludus & iocus? Non eſt in articulo datum ſalariũ? Paulò quid laborioſius im-

pera-

peratum est? Præter animi sententiam dictum factumvé aliquid? Cōfestim tumultus, seditio, coniuratio, transfugium. & etiamsi causa nulla sit, ostentet modo hostis argenti & pecuniolæ paullulum, arces, præsidia, propugnacula, vrbes, duces, sacra, prophana omnia prodentur. *Obedientia* verò in bello nisi sit, Imperatorem esse quid prosit? Si quod cuique lubet, facit aut non facit, ad quid militares tesseræ, vexilla, ordines, tympana, buccinæ, classica omnia? Qui autem sua in pueritia & adolescentia nullius dicto audientes fuerunt, à parentibus & Magistris præceptionum nihil acceperunt, vel certè suo iis arbitratu paruerunt, sesene subitò immutabunt? inueteratam vno momento consuetudinem exuent, ex peruicacibus & contumacibus faciles & modesti derepente in bello euadent? præsertim cum, prout sæpissimè in armis postulat necessitas,

III. Obedientia.

subita ducum imperia, grauia, dura, & periculosa euenerint. O Lacedæmonij Lacedæmonij. meritò Lacedæmon vestra δαμασίμβροτος quondã appellata, morum armorumq; nobilissima officina. meritò morem omnem vestrum, vincẽdi cupiditate inflammatum dixit Tullius. meritò ex Abrahami stirpe, Israelitarũ fratres vos & cognati, apud quos tanta iuuẽtutis cura, vt vix triennes infantuli magistris iam & Sophronistis ad nutum morigerari deberent: si quis de verberib. ab instituente quopiam inflictis apud Patrem quereretur, huic à parente noua infligi verbera oporteret. Hinc nobiles illæ ad Thermophylas victoriȩ, cum è ciuitate vestra trecenti, duodecies centum hominum millib. sese obiicere, viamq; Xerxi illi, quẽ nec muri, nec montes, nec maria vlla tenere poterant, intercludere ausi sunt. Apud Persas etiã tanta & tam admirabilis in obediendo, quod valde apud Xenophontem cõmendat Cyrus, fuit

Plut. Ages. l. & Lyurg.

off.
Mach. 12.

Veget. l. 3. ro. 1.

Plut. ibid. in Instit. ac.

celeritas, vt legam⁹ fuisse, qui in ipso prælij ardore, cũ iam in hostem, comin⁹ destinato ictu, brachio sublato, nixu vehementi, ensem vibraret, interimq; cani receptui audiisset, confestim, quasi non hostẽ, sed cũ Abrahamo filiũ, percussur⁹ fuisset, manũ inhibuerit, brachiũ remiserit, ictum reuocarit, ferrũ cõdiderit. Cęterum *animi magnitudo*, & quædam veluti acritas eiusmodi est, vt sine ea mors contemni, hostis superari nequeat. Qui vero religionis, sacrorũ, patrię, cõmunisq; boni charitate nulla tanguntur: qui veræ, solidæq; gloriæ desiderio nullo incẽduntur: qui ad pastum & voluptatẽ pecudũ instar, feruntur: qui delicatulã in vmbra, poculis & choreis vitam semper egerunt, poteruntne celsum quid & arduũ cogitare, moliri, perficere? poteruntne comptuli, molliculi, fastidiosuli atroces hostiũ minas, truces vultus, ardẽtes oculos, micãtes gladios, immane boantes bombardas, irruentiũ clamores, ruentiũ gemit⁹,

Xenoph. l. 1. Cyrop. & 8. Chrysantas apud eundem l. 4. & Plutarchum in Problem. Rom. 38. Genes. 22.

Vide quomodo nobiles adolescẽtes instituerit Philip. Maced. Rex apud Ælianum l. 14. v. hist. c. vlt.

IV. animi magnitudo.

cadauerum aceruos, feminecum calcationes, cruorem totis campis manantem, totum denique præliorum puluerem & tonitru sustinere? Par de operibus, *laboribusque bellicis* ratio, dum fossæ ducendæ, castra circumuallanda, sudes figendæ, pōtes excitandi, machinæ protrudendæ, toto die in armis standum, ab oriente sole ad obeuntem, manu confligendum, in excubiis vigilandum, humi cubandum, inedia, sitis, æstus, pruinæ, tempestates omnes excipiendæ, per calles & colles, per aspera & confragosa, per dumos & saltus, saxa & cautes, noctu interdiu iter faciūdum. At quos nimius, prima in ætate, Bacchus enervauit, fregit ignauia, consuetudinis prauitas otio inertissimo languefecit, procul hinc, procul facessite. per tam ignauas manus venire non vult victoria. Repeto memoria, summa quæ in orbe vnquam fuêre imperia. & omnia luxu, ignauia,

V. Laborum tolerantia.

uia, disciplinæ melioris laxatione pessum ijsse video, quemadmodum vel vnus, libro de Cyropædia extremo, testis esse potest locupletissimus Xenophon. ita vt, si, quod eorum nomen flagitat, rempub. iuuenes iuuare, si Turcicam à nobis immanitatem propulsare, si bellorum nostrorum auctorem & ducem Deum habere, si denique patriam, aras, fortunas, salutem omnium tueri & retinere volumus, in eo euigilare omnium curę debeant, vt sit deinceps Censorinus de die nat. c. 12.

Multa fides pietasq; viris, qui castra sequuntur:

vt quam optimis moribus primũ statim ætatis ingressum consuefaciamus: diuino ætatem primam timore conformemus: religionis Christianæ studio inflammemus: à vitijs omnibus auocemus: quid vera gloria sit, quid honestas, quid fortitudo, quid legum amor, Deique timor, doceamus. Scitè siquidem & & sapienter Plutarchus: *Qui legum*

Plut. in Agide & Cleo.

Posseu. biblioth. l. 1. c. 1.

metuentissimi, ijdem in hostes audacissimi: & pati quiduis minimè verentur, qui malè audire maximè verentur. Vnde & maximus ille religionis nostræ Antistes, de cuius laudibus, & summis in Germaniam, Ecclesiamque totam meritis nulla vnquam conticescet ætas; Gregorius Tertius decimus, paulo antequam moreretur, totus eam in cogitationem incumbebat, vt ad Christianæ Reip. præsidium & firmamentum, ad lapsam rei militaris disciplinam reuocandam, nobile nobilium iuuenum, qui ad pietatem & arma sedulò erudirentur, seminarium, excitaret. Dixi.

ORA-

ORATIO SEXTA,

VTRVM IN SVA QVISQVE FIDE SALVARI POSSIT.

n Academia Herbipolitana die XXVI. Ianuarij. Anno CIↃ. IↃLXXXIV.



VLTA sunt, *Auditores*, eaque pergrauia, quæ hæresibus enascentibus mala comitantur: multa eaque peracerba, quæ iam inualescentibus. at neque minora, neque leuiora & miniora, quæ iam occidentibus. Si bellum aliquod exarserit, tempestas æuierit, pestis insanierit, ijs, tandem aliquãdo, Numinis beneficio, cessantibus, ilico pax, tranquillitas, sanitas consequuntur. Hæresis verò, vbi perbacchari semel occœperit, nullum malorum, exitiorumque finem facere potest. Lutherana

factio, nostro hoc infelicissimo sæculo, ex tartaro nescio quo erupit. erupit & Zuingliana, Caluinistica, Anabaptistica, Schwenkfeldiana, etiam Ariana: Multas & corporum & animorum, prò dolor, funestissimas cædes excitarunt: Ecclesiam integram distraxerunt: tumultu prouincias omnes complerunt: odijs & dissensionibus sacra prophanaque omnia perturbarunt. in suos tandem ipsorum iugulos, Catholicorum imbutos sanguine mucrones conuerterunt. Lutherani Zuinglianos, Zuingliani Lutheranos truculentis planè animis oppugnarunt: Anabaptistas & Arianos funditus exturbandos censuerunt. & quod omnium hæreseon occidionis & ruinæ indicium certissimum est; ipsæ etiam inter se singulæ factiones tumultuari, diffidere, bellum cruentissimum gerere cœperunt. adeo vt dum sese mutuis cladibus atteri, funditusque deleri vi-

derent, de inducijs & concordia diū multumque feciales quidam partium Patres deliberarint. Sed dum hi nihil proficiunt, & alij alios perpetuis argumentorum & conuiciorum prælijs oppugnare pergunt, ecce tibi quasi ex variorum serpentum effuso sanguine horribilis planè theriaca exoritur. Cogitate, *Auditores*, quodcunque libebit malum, & id, de quo iam ago, maius erit. Theriaca, id est, medicamentum optimū videbitur. Sed exitiale prorsus & tabificum venenum id erit, quod suauitate in hominū animos facile quidem influat, virulentia verò quàm citissimè interimat. Quid igitur id est? Dicam, *Auditores*, apertè. Quia tanta est in fidei rebus opinionum dissensio, tanta pugnātissimorum dogmatum multitudo, & omnes tamen sacris quam densissimè scripturis vtuntur, ratiunculis etiam quibusdam probabilibus muniuntur; existimant, vel delirant

potius, non pauci. posse vnumquẽque sua in fide saluari. non esse tanto animorum ardore de fide contendendum. ponendas omnes altercationes. Deum esse quam misericordẽ maximè, in hunc dum creditur, salua esse omnia. parum coram ipsius clementissimo tribunali referre, sisne Catholicus, an Lutheranus, an Caluinista & Anabaptista. sequantur singuli quod probabile videtur maximè: alios non damnent: hac opinionum discrepantia nulli salutis aditum præstruendum. Numquid, si sola Catholica fides Deo grata est, tot optimi viri, honestissimi homines, amplissimi Magistratus, qui Lutherum, Zuinglium, aut alios aliarum aliquarum opinionum duces sequuntur, damnabuntur? Aut contra, si sola Lutheranorum fides Deo placet, omnes rursum Catholici, tot doctissimi, sanctissimi, religiosissimi ho-

nines, Principes, regiones, natio-
nes in gehennam præcipitabuntur?
& cum ijs omnes, qui à Luthera-
nis dissentiunt, plurimi maximi-
que Zuinglianorum & Caluinista-
rum populi? Et sic de alijs omni-
bus opinionum factionibus. Non
est credibile. Omnes ea in fide,
quam optimam singuli duxerint,
salutem consequi possunt. Hæc
est, *Auditores*, theriaca, quam ex
putrescente Lutheranorum, alio-
rumque nostri temporis Hæretico-
rum tabe noui quidam Empirici,
tanquam exulceratis animis salu-
tarem medicinam, conficiunt. hoc
grauissimum planè malum, quod
intestino alioqui bello ruentibus
iam sectis nuper excitatis, multo-
rum in animis exoritur. Atque vt
nouum semper aliquod monstrum
Africa, propter variarum ferа-
rum sitis leuandæ causa, vnum
aliquem ad riuulum ventita-

Plinius in hist. nat. Arist. de gener. animal. l. 2. c. 5.

tionem: sic Hæresis noua semper opinionum portenta, propter impuram variarũ factionum, tamquã ferarum, vnum ad diuinarum litterarum fontes limpidissimos, accessum procreat. Et fuit quidem, etiam maiorum, adeoque Patrum memoria, hæc quibusdam aliquando vel opinio vel addubitatio, vt ex D. Thoma, Ioanneque Trithemio didicimus: sed ijs admodum paucis & imperitis. Nunc vero & quam plurimorum iam animos huiusce opinionis commentum infatuauit, & indies magis atque magis infatuat, vti pręter doctissimos viros, Episcopum Lindanum, Nicolaum Sanderum, Georgium Ederum, Gabrielem Prateolum, sectarius etiam Hedio ad Melanchthonem, & ipsamet experientia testatur. Quam multos enim ea, quę ante dixi, loquentes passim audias? Quam multos etiã, qui se Catholicos haberi volũt, nõ magni faciẽtes videas, si eorũ

l. 3. contra Gent. c. 118. quæst. 3. ad Maximil. 1.

apud Lind. dial 2. dia. 4 fol. 245.

vel

vel Parentes, vel filij, vel amici, vel ſubditi in hæreſin aliquam labãtur, in ea hæreant, in ea moriantur? Imo verò iam hic ſtultiſſimorum hominum manipulus vexillum erigere, iam libros ſcriptitare, iam inſigne captare, & ſe *Charitatis domũ* vocitare dicitur. Vt igitur hãc perniciosiſſimam non opinionem, ſed amentiam vel penitus tollerem, vel certè modo aliquo minuerem; ſtatui hoc in conſeſſu hodie diſputare *Vtrum in ſua quiſque fide ſaluari poſſit.* Et quo ſit inſtituta diſputatio clarior, ita contra iſtud opinionis monſtrũ depugnabo, vt primò rationibus illam penitus conteram: deinde, ſiquid ab eius amatoribus obijcitur, diſſoluam. Peto autem à vobis, *Auditores*, vt me hac in arena poſitum non ſpectetis tantum, & audiatis; ſed veſtro etiam ſtudio, & ſanctarum, ad propoſitæ victoriæ finem, precum clypeo adiuuetis. Neq; enim inanes hic ſolum ora

tionis sonos fundere, aeremque frustra diuerberare velim: sed si fieri posit; errorẽ eripere, religionis veræ zelum inijcere, & quamplurimis prodesse.

I. Infideles saluarẽtur. Ac *primò* quidem, de istis tam munificis æternæ salutis largitoribus illud quæro, An sua etiam fide Iudæos, Turcas, Saracenos salutẽ nunc adipisci opinentur, an non? Si aiunt; quid in Saluatorem, id est, IESVM ipsum contumeliosius dici potest? Cur cœlitus hunc in orbem terrarum descendit, si ad salutẽ in ipsum fides necessaria non fuit? Cur id nominis ei Angelus imponit, si saluare alius potest? Cur se lucem, ostium, viam, veritatem, vitam denique appellat, si aliunde hominũ mentes illustrari, ad gloriam ingredi, ad felicitatem peruenire, Deum, vti verè est, contueri, in omnem postremò æternitatem stare viuere, florere possunt? Cur venire

Mat. 1. Ioan. 8. 10. 11. Matt. 11.

ad ſe omnes qui laborarent, & oneratiessent, tanta vocis,imo charitatis contentione clamauit, ſi aliunde ſanitas & alleuatio naſci poteſt? Cur tot tamque mirificas res operatur, tot vrbes, vicos, caſtella concurſat, tot ad fidem perſuadendum & tam ardentes cohortationes adhibet, tot & tam multa futura prædicit, tot diſcipulos colligit, eoſque omnem in regionem ablegat, ſi Chriſtianam fidem populos doceri neceſſe non eſt? *Sine fide*, inquit Diuus Paulus, *impoſſibile eſt placere Deo.* Et *qui non credit*, inquit ipſe Dominus, *iam iudicatus eſt.* *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum* DEVM, *& quem miſiſti* IESVM CHRISTVM, *Nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Sin verò negent Iudæos, Turcas & ſimiles in ſua fide vel perfidia potius ſaluari,

Ioan. 3.

Ioan. 17.

II. Scelerati Chriſtiani ſaluarêtur.

ſed

tionis ſonos fundere, aeremque fruſtra diuerberare velim: ſed ſi fieri poſsit; errorē eripere, religionis veræ zelum iniịcere, & quamplurimis prodeſſe.

I. Infideles ſaluarētur. Ac *primò* quidem, de iſtis tam munificis æternæ ſalutis largiteribus illud quæro, An ſua etiam fide Iudæos, Turcas, Saracenos ſalutē nunc adipiſci opinentur, an non? Si aiunt; quid in Saluatorem, id eſt, IESVM ipſum contumelioſius dici poteſt? Cur cœlitus hunc in orbem terrarum deſcendit, ſi ad ſalutē ipſum fides neceſſaria non fuit? Cur id nominis ei Angelus imponit, ſi ſaluare alius poteſt? Cur ſe lucem, oſtium, viam, veritatem, vitam denique appellat, ſi aliunde hominū mentes illuſtrari, ad gloriam ingredi, ad felicitatem peruenire, Deum, vti verè eſt, contueri, in omnem poſtremò æternitatem ſtare viuere, florere poſſunt? Cur venire

Mat. 1. Ioan. 8. 10. 11. Matt 11.

ad

ad se omnes qui laborarent, & onerati essent, tanta vocis, imo charitatis contentione clamauit, si aliunde sanitas & alleuatio nasci potest? Cur tot tamque mirificas res operatur, tot vrbes, vicos, castella concursat, tot ad fidem persuadendum & tam ardentes cohortationes adhibet, tot & tam multa futura prædicit, tot discipulos colligit, eosque omnem in regionem ablegat, si Christianam fidem populos doceri necesse non est? *Sine fide*, inquit Diuus Paulus, *impossibile est placere Deo.* Et *qui non credit*, inquit ipse Dominus, *iam iudicatus est. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum* DEVM, *& quem misisti* IESVM CHRISTVM, *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Sin verò negent Iudæos, Turcas & similes in sua fide vel perfidia potius saluari,

Ioan. 3.

Ioan. 17.

II. Scelerati Christiani saluarētur

sed

ſed illud tãtum cenſent omnes ſuæ vi fidei ſalute donari, modo in *Chriſtum* tamen credant, iam minus quidem nefariè, ſed nefariè tamen loquuntur: adeoq; parum opinioni ſuæ conuenienter. Quid enim? An mihi, vt ad ſaluandorum numerum Turcas & Iudæos aggregarem, illorum antè poſita oratione vti non liceret? Tot, bone Deus, & tam vaſtæ Turcarum nationes ad ſempiternos ignes deturbabuntur! Tot tamque innumerabiles Thraciæ, Macedoniæ, Græciæ, Achaiæ, Epiri, Peloponneſi, Phrygiæ, Pamphyliæ, Galatiæ, Lydiæ, Bithyniæ, Syriæ, Paleſtinæ, Meſopotamiæ, Arabiæ, Armeniæ, Ægypti, Numidię, Mauritaniæ populi, tam ampla tot maximis vrbibus clariſſima regna, quæ Mahumetanã hodie ſuperſtitionẽ ſequuntur, peribunt? Tot in tam multis & Chriſtianorum & aliarũ nationum prouincijs, longè lateq; per orbem ſparſi Iudæi omnes da-

mna-

mnabuntur. Et sanè dum horum hominum intimos sensus, qui tam liberaliter salutem tribuendam aiunt, mecum ipse cõsidero, vereor, si quis eos vel familiariùs colloquẽdo appellaret, vel seueriùs disserendo premeret, vt responderent. faterentur, credo Turcis etiam & Iudæis regni cœlestis aditum minimè interclusum. Sed tamen isto modo cum ijs non agamus. patiamur eos de Christianis tãtum loqui: & num his etiam omnibus, quamlibet sibi tandem ij fidem proponant, salus cõcedenda sit, expendamus. Num igitur facinorosi, scelerati, nequam & improbi, qui aliquam Christianorum fidem profitentur, in cœlum recipientur? Magnam profectò Lutherus gratiam à toto libidinosorum, ebriosorum, & asotorum grege inijt, dum solam fidem ad salutem virium satis habere dixit. magnam itidem veteres hæreseon architecti Eunomius & Arius & a-

b.de fide .14 libr. de æreſ 54

lij, de quibus D. Auguſtinus, à quibus hoc ille dogma, vt alia etiam pleraque, mutuatus eſt. Sed ſanè, multo maiorem huius, quæ in manibus eſt, opinionis auctores, à quocunque ſcelere ac flagitio inire debebunt. Illi ſiquidem, dum tantum fidei, auctoritatis & efficacitatis largiuntur, eam vnam ſolam fidem intelligunt, quam ipſi cæteros condocefaciunt, quamque ipſi conſtituerunt. At verò iſti, de omni hominum genere, ad quemcumque illi religionis ſcopulum adhereſcant, benè merebuntur. Nulli ſcortatores, ganeones, aleatores, nepotes, ſiue ij Romanam CATHOLICAM, ſiue Lutheranam, ſiue Caluiniſticam, ſiue Anabaptiſticam, aut aliam quamcumque, dummodo Chriſtianum illud Apoſtolicũque ſymbolum retineant; ſectam ſequantur, in barathrũ præcipites agi, ſed ad cœleſte illud beatorum

domicilium euolare omnes potelrunt. Sed quis hoc ferat? Quis cenſeat? *Si*, ait Sanctus Iacobus, *quis dicat ſe fidem habere, opera autem non habeat, nũquid poterit fides ſaluere eum?* An contra iſtos ea omnia, quæ veriſsimè contra Lutheri ſolam fidem afferuntur, non multo magis vim & pondus habebunt? Si Lutheri dogma tam eſt exitiale, tam diuinis omnibus litteris aduerſum, tam omni ſanæ rationi repugnans, quid de iſto ſentiendum? Atque, vt in Auguſtana confeſsione Melanchthonem huiuſce Lutherici erroris, aliofque nonnullos puditum eſt, (idque merito, eſt enim turpiſsimus & perniciofiſsimus) ſic fortaſſe noſtros iſtos Saluatores, ea quæ virtutibus beatitudinis præmia Deus ter Opt. conſtituit, ne vitijs & ſceleribus largiantur, pudebit, & rurſum excipient; omnes quidē Cap. 2.

Chri-

Christianos sua in fide saluari, modo tamen præceptis diuinis pareat, honestatem ducem sequantur, improbitatem & scelus detestentur. Iam quidem istud credibilius: sed tamen & hoc ipsum falsissimum. Ego enim, *Auditores* illud initio statim dico, vt ipsum temeritatis iugulum quàm citissimè petam; nullam prorsus in hęreticis omnibus, Christianam fidem esse. Quod quia cunctorum animis quam maximè infixũ hærere cupio, antequã probem, iterum clarissima, vt ab omnibus exaudiar, voce repeto: nullam in ijs omnibus Christianæ fidei particulam reliquam esse, qui vel vnico Apostolici symboli articulo non assentiũtur, vel qui hosce quidem omnes, toto, vt aiũt, pectore suscipiunt, reliqua tamen, quæ nobis ab Ecclesia vt credãtur, proponuntur, reijciunt, contemnunt, aspernantur. Quomodo igitur vnicuique sua in fide salus, cum nefi-

II rationi- us proba- ur, non luari hæ- eticos in a fide. *quia nul- in ijs fides uina.*

dem quidem hæreticus vllam habeat? Sed agedum, quod dico, probemus, idque quantum quidem rei conditio feret, euidẽter. Nemo, *Auditores*, rem aliquam habere poteſt, qui rebus ad illam habendam neceſſarijs careat. Omnis verò, quaſis qualis ſit, hæreticus; rebus ad fidem neceſſarijs planè caret. Duæ siquidem res ſunt, quæ fidei noſtræ habitui tanta neceſſitudine copulantur, vt ſine illis, ne ipſa quidem exiſtere poſſit: prima ſcilic. & omnium certiſſima veritas, DEVS, inquam, ipſe nobis ea quæ de ſe vel aliis rebus credi vult, reuelans & patefaciens: ipſa deinde Eccleſia nobis quæ ab illo reuelata & patefacta ſunt, proponens & explicans. Si enim huius auctoritas ad diuinas apocalypſeis nobis proponendas & explicandas non accedat, quis illas à Deo verè profectas, certò vnquam ſibi perſuaſerit? An non enim ſibi quilibet viſum aliquod

diuinum obiectum fingere poterit, à me, vt illi certò assentiar, expetere, vti apud Anabaptistas more vsurpatum audiuimus? Cur enim homini Christiano, maximè graui, erudito, probo, qui hoc vel illud sibi à Deo patefactum affirmat, fidem non adhibeam? An Deus nulli iam quidquam patefacere potest? Aut, si potest, & reuera nonnunquam facit; cur fidem non adhibeo? & rectè non adhibeo? An quia vt cuilibet, quantumuis graui, erudito, & probo credam, nisi Ecclesiæ sanctio & propositio accedat, lege nulla teneor? An verò satis esse dices, idipsum à diuinis mihi libris proponi? At hosce libros, vt innumerabiles alios, falsis nominibus insignitos non esse, nullis commentitijs auctarijs suffartos, nullis omnino aut sententijs, aut verbis delumbatos, vnde certum habere potes, si Ecclesiam diui-

a myſteria proponentem exclu-
:ris, pro nihiloque duxeris? Ita-
ue præclariſſima, & veriſſima ſem-
er, admirabilis illa Diui Auguſti-
i ſententia, omnibus rectè ſen-
entibus viſa eſt. *Ego*, ait, *Euangelio*
m crederem, niſi me Catholicæ Eccle-
æ commoueret auctoritas. Neque in
o, quod iſtam quidem rem atti-
et; multum laborandum eſt, ſit-
è ipſa Eccleſia fidei obiecto, vti
cholaſtico verbo rectè dicitur;
rmali, tamquã pars, an verò tam-
ue conditio, ſine qua illud nobis
edibile non ſit, adiuncta. Vtroli-
et enim modo ſentias, illud cer-
ſsimum eſt; ad fidem, & DEVM
ſum myſteria ſua nobis aperien-
m, & Eccleſiam illa proponen-
m neceſſariò requiri. At quiſ-
uis hæreſi aliqua dementatus
t, in horum vtroque turpiſſimè
ccat & labitur. Sanè ipſius

contra epi. Manichei, quæ *fundamenti* dicitur, cap. 5.

aiet.2.2.
.1.a.1.ad 1.
bieĉt.

Ecclesiæ auctoritas, veritas & in fidei dogmatibus proponendis firmitas & constantia, tam est ipso diuini oris testimonio enunciata, quàm aliud quodcumque fide tenendum. adeoque quàm ipsemet CHRISTVS: vti non simpliciter magnum illud Ecclesiæ lumen Augustinus asserit, sed multis etiam grauissimisque Psalmi secundi, Psalmi 18. 21. 49. 71. 106. Danielis, Abacuc, Isaiæ, Sophoniæ, Diuique Pauli testimoniis confirmat. Qui igitur hanc Ecclesiæ auctoritatem & certissimam in rebus omnibus edocendis amussim reijcit, irridet, vilipendit, potestnè primæ Veritati credulus censeri? Videmus autem, quàm abiectè & exiliter de Ecclesiæ dignitate sentiant & loquantur, quàm omnia eius iudicia propositiones, & enunciata susque deque ferant, quàm eius explanationes contemnant & subsan-

Epi.116. ad
Donatist.

iét nostri huius tempestatis noui
Dogmatici. an igitur fidem habe-
e possunt? an non vtroque illo,
quod ad fidem concurrere neces-
ium est, priuati penitus & orbati
unt? Quomodo in sua igitur fi-
le Lutherani, Caluinistæ, aliįque
arinæ huius gregales saluabuntur,
:um in hæreticis omnibus pura
)uta fidei Christianæ inanitas exi-
tat? Verùm quia non omnium
ortasse animis ratio hæc, quamuis
irmissima, propter obscuritatem
(est enim ex intimo Theologiæ
)enu deprompta) fidem faciet:
summos & diuinos planè homines
nuncin cœtum vestrum adducam,
qui sua ipsi auctoritate rem, in qua
momenti tantum est; confirment.
Te igitur, Vas electionis purissimũ,
electissimum Dei organum, Paule,
appello. te interrogo, An qui vni
alicui fidei nostræ Christianæ capi-
:i non credit, fidem animo suo in-
fixam & impressam retinere pos-

Gal. c. 5. fit. *Persuasio hæc*, inquit, vbi de Galatarum fide nonnihil vitiata loquitur, *non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum, totam massam corrumpit.* Te orthodoxæ fidei murum, & propugnaculum firmissimum Athanasi appello. Ex te quæro, num qui tuo tempore, in toto pene terrarum orbe regnarunt Ariani, Christiani fuerint, Christianam fidem retinuerint? Quod enim de illis testimonij tuleris, nos in nostros Lutheranos & Zvvinglianos aliosque id genus, valere censebimus. *Qui ab Ecclesia*, inquit, *ad hæresin transitum faciunt, nomen* CHRISTI *derelinquunt, & Arianorum vocabulo induũtur, quasi nõ amplius* CHRISTI *fidem retineant, sed Arianæ infamiæ gregales habentur. Quomodo igitur Christiani fuerint, qui non Christiani, sed Ariomanitæ appellantur, aut quomodo de numero Ecclesiæ Catholicæ habeantur, qui Apostolicam fidem excusserunt, & nouarum pestium inuentores*

rat. 2. con. rian.

se præ-

se præbent? Hac ille, cuius vt in fide, sic in sententia socius Diuus Hilarius. *Cum secundum,* ait, *vnum Deum & vnum Dominum & vnum Baptisma, etiam fides vna sit, excedimus ab ea fide, quæ sola est, & dum plures fiunt, ad id cæperũt esse, ne vlla sit.* Tertulliane verò Doctor vetustissime, quæ tua de hæreticorũ fide sententia? *Si haretici sunt,* ait, *Christiani esse non possunt,* &alibi. *Quis propriè Christianus: & grex Domini; Ecclesiæ populus: & pastor bonus;* CHRISTVS: *& ideo Christianus nõ intelligendus, qui ab Ecclesiæ grege aberrauerit.* Tu verò Cypriane sanctissime quid? *Quisquis,* ait, *ille est, & qualiscunq; est, Christianus nõ est, qui in* CHRISTI *Ecclesia non est.* Atq; hæc sanctitate & doctrina prestãtissimi viri sententia tanto sanè opere D. Augustino placuit, vt eam verbis totidem, in sermone LXXXI. suos ad Auditores recitarit: vt eadem quasi voce, duos Ecclesiæ Christianæ cygnos eandem occinentes cantilenam

Lib. ad Cõstant.

In lib. de præscript.

In lib. de pudicit.

Epist. 52.

Ser. 81. c. 12.

audieritis. quanquam si de Augustino plura velitis, eum & tractatu
tr. CXIII. in Ioan. CXIII. in Ioannem, & in Enchiridio ad Laurentium, legere liceat.
Ench. c. 5. *Si*, ait, *diligenter, quæ ad* CHRISTVM *pertinent cogitentur, nomine tenus inuenitur* CHRISTVS *apud quoslibet hæreticos, qui se Christianos vocari volunt, re verò ipsa non est apud eos.* Quis tot tantisque huius sententiæ nostræ auctoribus non assentiatur? quibus sanè quamplurimos alios, summa itidem grauitate, doctrina, & sãctitate quàm ornatissimos adijcere possem, & in his præcipuè tota sua cum familia, Diuum Thomam Aquinatem, nisi summum orbis concilium, Tridentinos, inquam, Patres apud omnes tantum, quantum maximè valituros intelligerem. Hi enim sessionis sextę capite
Sess. 6. c. 15. quinto decimo, cæteris quidem peccatis mortalibus solam Dei gratiam; at infidelitate ipsam etiam Christianorum animis fidem eripi

diiudicant. Et adhuc sua quemlibet fide saluari quisquam opinetur? Nulla in hæretico vllo fides est, cassum tantum & inane Christianitatis nomen est, & in Christianos cœlites asciscetur? Credit, inquies, Lutheranus, Caluinista, quilibet alius, in Deum Patrem omnipotentem, creatorem, & cætera, quæ fidei formula præscribit, constantissimè recitat. Mihi ignosce, quisquis hæc loqueris. multum falleris, multum hallucinaris. Si quem pedibus mutilum, ligneis quibusdam fulcris ambulantem videres, num hæc veros pedes arbitrarere? Octauio Cæsari Augusto ex Actiaca victoria reuertenti dixit assuefactus quidam coruus, *Aue Cæsar victor Imperator:* adiecitq; alius, pauperis cuiusdam Sutoris operâ institutus, *Opera & impensa perijt.* Hosce igitur coruos loquentes si audires, an humanam ijs linguam, vel articulatam animi sensorum enunciationem ines-

Macrob. Saturnal. l. 2

se cēscebis? Est quedā in homine prauis heresibus imbuto vis & habilitas ad Christianæ pietatis mysteria nō-nulla suscipiēda, sed ea, vera & diuina fides nequaquā appellāda est: verùm huius tantum imago & simulachrum, quod voluntas, & humana quæpiam vel ratio vel auctoritas effinxit, vsus adauxit, pertinacia corroborauit. Vt enim abscissum caput vel manus, homonymως tātum caput aut manus dici possunt, cum, vt ante, iam animata non sint, sed inanima: sic ista credulitas, quæ primæ summæq; veritatis, & eius Ecclesiæ auctoritate antea nitebatur, cū hāc deseruerit, nonnisi homonymως & impropriè fides appellari potest. Quanquā, si id quod est, nō leui tantum, vt aiunt, brachio tangere, sed suis ipsum momentis ponderare libeat; ne ipsos quidem dogmatū nouorum opifices non dico, alia credenda omnia, sed ne breuem quidē & compendiariam istam fidei formulam, quam *Symbolon* à maioribus

D.Thom. 2.2.quæst.5. a.3. ad 1. S. Aug. tract. 67. in Ioan. S.Leo ser.4. de nat. domini.

Arist.4.Meteoror.

Hæreticorū fides, non fides, sed opinio tantum est.

accepto nomine dicimus, ſartã te-
ctã conſeruare videbimus. Teſtatur
Lutheranus Heshuſius Caluiniſtas,
& horũ maximè Roſcium inſignem,
Theodorũ Bezã, *Patrem* eſſe *omnipo-
tentẽ* inficiari. Anabaptiſtæ CHRI- 1
STVM *ex virgine natum*, impudẽtiſſi-
mè pernegãt, ſed vel è cœlo corpus, 2
vel ex ipſamet Patris ſubſtantia de-
libaſſe nugãtur. Libertini, Caluino
teſte, CHRISTVM nõ verè, ſed ſimu-
latè tantũ & in ſpeciẽ mortuũ, ô ſce- 3
lus! aſſeuerãt. cõtrà verò, Lutheran⁹
Andreas Muſculus non humanã tã-
tum CHRISTI naturã, ſed diuinã et-
iã, ô blaſphemiã! tormẽtis laceratã, 4
morte affectã, libris etiã editis con-
ſceleratiſſimè mentitur. CHRISTI 5
Domini ad inferum Patrũ limbum
deſcenſionem Bucerus ſomnium, Cal-
uinus fabulam contumeliosè ap-
pellitant. Contrà verò Luthera-
nus Ratiſponenſis concionator Ni-
colaus Gallus ſuo in catechiſmo, &
Goeppingenſis Iacob Schmideli-

nus

Symboli Apoſtolici articulos non credunt hæretici.

nus ad inferos ita CHRISTVM de-
scendisse, ô linguas exscindendas!
dictitant, vt æternas etiam infero-
rum pœnas senserit atque pertule-
rit. Atque vtinam hic, *Auditores*,
eorum constitisset audacia. sed nō
dum finis est; scelere, amentia hor-
ribili, verè nunquam satis deplorā-
da cæcitate longius quotidie pro-
6 uehuntur. Duobus abhinc annis
Iacobus ille iā paulo antè nomina-
tus Schmidelinus, Martinus Rem-
nerus, qui iā, vti fertur, delirat Brū-
swicensis Minister, Selneccer⁹, Kir-
chnerus, & alij nescio qui, infelicis-
simi Concordię nunquam statuen-
dæ fabricatores, vt suas de CHRI-
STI corporis Vbiquitate deliratio-
nes insanissimas venditarent, sacro-
sanctum illum de CHRISTI glo-
riosissima in cœlos *ascensione* articu-
lum pernegare, homunciones mi-
serrimi ausi sunt. Itaque omnes, qui
Concordię librū admiserunt (Nam
rem quidem ipsam habere nunquā
pote-

poterũt) CHRISTVM ne tantulum quidem sese humo sustulisse aiunt, sed visum esse tantum ascendere, reuera tamen non ascendisse. Quid hoc quæso monstri? Quo sese tandem effrænata iactabit audacia? *Sedet ad dexteram Dei Patris*, inquiũt, id 7
est, omnia omnino loca suo corpore CHRISTVS adimplet. adeo vt *peculiari* (verbis Schmidelini vtor) *articulo symboli Apostolici omnipræsentia comprehensa sit*. Quid cætera persequar? Iu- thes. vit. 213
dicaturus quidem est CHRISTVS viuos & mortuos, sed ita vt fidei tantum, non autem operum rationẽ ducat. Taceo inauditas de Spiritu Sancto plusquã fanaticas, imò Satanicas opiniones. Quæ enim vsitatiora sunt, & in Germaniæ nostræ quasi theatro aguntur, tantùm iam pono, ideoque neque pessimè de sacrosancta Triade, fœdissimeq; blasphemantes Lucas Sternbergeros, Matthias Zaryenses, Petros Statarios, Georgios Brandatas, aliasque 8

id genus peſtes Deo & hominibus
inuiſas, planeq; deteſtabiles com-
memoro. Sed hi noſtri paulo adhuc
ſaniores, creduntne S. Eccleſiã CA-
9 THOLICAM? Patet. patet, inquam:
dicere opus non eſt. Et tamen, cre-
do equidẽ illos ſubtimuiſſe, ne huic
articulo à quibuſdam imperitis cre-
dere putarentur. Itaq; in plurimis
non ſolum ſymbolis, & Catechiſmis
Latinis, Gallicis, Germanicis, quos
Lutherus, Vtenhouius, Micronius,
Ioannes à Laſco, & alij complures
in vulgus effuderunt, vox, CATHO-
LICAM, prætermiſſa eſt, & eius in
locum, *Chriſtianam*, ſuppoſita: ſed in
puerorum alphabetarijs etiã tabel-
lis quã plurimis, vt ne infantes qui-
dem & pueri, vllam, ſi fieri poſſet,
Eccleſiæ Catholicæ mentionẽ, vel
facerẽt vel audirẽt. Eandẽ verò ſan-
10 ctam exiſtimare, qui poſſunt, qui *Re-
miſsionem etiã peccatorũ*, nõ verè fieri,
ſed nobis tantùm imputari ſtultiſſi-
11 mè nugãtur? Libertini verò, vt eſt a-

pud

pud Caluinũ; *communionẽ ſanctorũ* fatetur quidẽ: ſed ita, vt ea in externorũ horũ bonorũ cõmunicatione poſita intelligatur. *Reſurrectionem* verò *mortuorũ* non olim aliquãdo futurã: ſed iam tũ factã aiunt eſſe, cũ ad ſpẽ ſalutis certiſſimã ſpiritali quadã innouatione animis erigi, adeoq; reuiuiſcere cœperũt. Qui hæc igitur opinionũ portẽta ſymboli Apoſtolici verbis inuoluta exiſtimant, ijſne ſymbolũ fide cõprehensũ dicemus? & nõ inquinatiſſimis potius erroribus, importuniſſimis hæreſibus, inſaniſſimis delirationibus fœdatum, conſpurcatũ, contaminatum? Itaq; ſoli illi, qui vel oculatiſſimi nõ ſunt, vel ſi ſunt, eos tamen ſtrictim tantũ, & per tranſennam aſpiciũt, eorum ſimulata fidei perſonâ, & artificioſo religionis fuco capiuntur, cum reuera nulla in ijs veræ diuinæq; fidei facies, nullus omnino ſãctæ religionis color natiuus & germanus inhæreat. vt rectè, quod olim Hilarius de Arianis eos *fidem ſine fide prætendere*;

12

libr. 2. ad Conſtant.

hoc de isto hominum genere Poeta quidem recentior dixerat.

Fruſt. epigr. 213. *Dicis habere fidẽ, qua ſuppleat õia? QVISQVIS*
Dogmata ſacra negat, non habet ille fidem.

Si tamen, quia imperitis nimium
2. ratio ab vnitate fidei. hoc mirabile & παράδοξον videatur, fidem adhuc in illis aliquam con-
Vna tãtum eſt vera fides. cedere velimus: certiſſimè tamen illud tenendum eſt, vnicam prorſus eſſe fidem, quæ ad perpetuæ ſalutis adeptionem valere poſſit. *Vnum,*
ad Eph. 4. ait Epheſijs D. Paulus, *corpus, & vnus ſpiritus ſunt, vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.* VNVS *Dominus, Vna fides, vnum baptiſma. Vnus Deus, & Pa-*
1. ad Cor. c. 1 *ter omnium.* Et Corinthijs: *Obſecro vos fratres, per nomen Domini noſtri* IESV *Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. ſitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſententia.* vel, vt ad inſtitutum accommodatiùs, Syri Græcique codices habent; *in eadem mente & in ſententia.* Cur tam vehementer, tam ſuppliciter, PAVLE? *Significatum eſt enim*

mihi de vobis fratres mei, ab ÿs qui sunt Chloës, quia contentiones sunt inter vos. Sed esto; PAVLE: omnes tamen CHRISTI baptismo & fide saluabuntur. Decertent, quantum velint; corrixentur: alius se tuum esse dicat, alius Apollo, tertius Cephæ, quartus CHRISTI, omnibus tamen vnus CHRISTVS præmiũ aliquando fidei decernet. *Diuisus est Christus?* CHRISTI fides, CHRISTI baptismus, CHRISTI religio pluresne sunt? *Non est Deus dissensionis, sed pacis, non est spiritus diuisionis,* sed coniunctionis. *qui per diuersitatem linguarum multarum, gentes in vnitate fidei congregauit.* Vnus est CHRISTVS, *vna* CHRISTI *columba, vna sponsa, vnum corpus, vna acies ordinata, vna sancta ciuitas, vnus mons Syon, vnum ouile. vna Ecclesia Catholica & Apostolica, extra quam,* inquit Bonifacius, *non est salus neque remißio peccatorum.* Quisquis in vna Noæ arca non fuit, admirabili illo cataclysmo perijt. Quisquis ex-

Cyp. l. 4 ep. 2.
in extrau. c. vnam.
Gen. 8.

Iosue 6. tra vnam Rachab domum fuit, Israelitico ferro cecidit. Quisquis arca testamenti & Moyse relicto cum Amalecite & Chananæo pugnauit, eorum gladio corruit. *Non pertinet,* inquit D. Cyprianus, *ad* CHRISTI *præmia, qui relinquit Ecclesiam* CHRISTI. *Alienus est, prophanus est, hostis est. Habere iam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet Matrem.* Et multo clariùs fulgentissimum illud eruditionis sidus S. Fulgentius: aut vt alij existimant; S. Augustinus. *Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non solum omnes Paganos, sed etiam omnes Iudæos, hæreticos atque schismaticos, qui extra Ecclesiam Catholicam præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est Diabolo & Angelis eius.* Hæccine, *Auditores,* contra delirium propositũ verba, an fulmina? Omnibus, qui aliam, quam sanctam Orthodoxam, Catholicamque fidem sibi confingunt, texunt, meditantur, æternorum ignium flam-

Num. 14.

Tract. de simp. præla. siue de vni. Eccl.

libr. de fide ad Pet. c. 38.

mas vir sapientissimus minitatur. Et ne inanes minas arbitrere, omnem penitus ea de re dubitationem excludi, firmissimamque contrà persuasionem haberi monet, ac postulat: idemque pluribus postea verbis identidem, quam potest seriò maximè, repetit, edocet, inculcat. Quid Sanctus Athanasius? *Quicunque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat Catholicam fidem, quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit, absque dubio in aeternum peribit.* O inanes hominum cogitationes! ô pectora cæca! Quislibet sua in fide saluabitur? Hoc quisquã dicere? hoc cogitare? Prô dolor?

Vna fides cum sit, quam nos docuere Parentes,
Cur nunc tot fidibus luditur vna fides?

Verè siquidem luditur, cuius vis & dignitas omnis quibuslibet opinionum cõmentis attribuitur. Qui vino dilutissimo, vappæ, & loræ marcidissimæ, nobilitatis tantum tribuat, quantum Aruisio, vel Falerno vino generosissimo & meracissimo,

nonne hoc irrisione ludere dicatur? addo etiam & totum vitium genus & earundem cultum, & vinitores? Cum igitur fidei Christianæ synceritatem & puritatem eò eniti & adlaborare videamus, vt hominem in supernis illis sedibus quàm beatissimum faciat; qui eôdem impurissimarum hæreseon gradibus ascendere quemquam posse affirmat, nõ veram tantummodo fidem, sed eiusdem etiam toto in orbe propagationem, & conseruationem, ipsósque adeo propagatores & conseruatores irridet, sanctissimos dico viros, duodenos Apostolos, horum tot, & tam præclaros discipulos & imitatores, tot & tam eximios in omnibus Christianorum templis, scholis, suggestis Doctores, & Pontifices. qui omnes ætatis, doctrinæ, & industriæ suæ neruos in eo semper contenderunt, vt vna CATHOLICA, integra, & syncera fides terrarum vbique vigeret, omnibusque

que ad cæleſtes illas domos aditum communirent. Sic enim ſummi illi viri ſentiebant, vt in alijs omnibus rebus, ſic in myſterijs quoque diuinis plus vno verum eſſe non poſſe, quod in rerum naturis licet altiſſimè demerſum hominibus ſæpiſſimè lateat; hoc tamen diuinæ illius, quam CHRISTVS Dominus Eccleſiæ ſuæ impertiuit, lucis ſplendore, omnibus, qui animum modo attenderent; ſatis elucere ac radiare: ideoque fieri nullo modo poſſe, vt fide vna plures ſalutares inueniantur. Et ſanè hæc res ita perſpicua eſt, vt illi etiam ipſi, qui vera illa & ſalutari carent, ceteros omnes ad Orcum & Styga relegent. Quæ, obſecro, de nobis Chriſtianis, Iudæorum & Turcarum opinio? Quem ad locũ, dum è vita excedimus, abire nos exiſtimant? Quid de nobis orthodoxis hæretici? Quas non cruces, flammas, & Luciferos miſeris, cæcis Papiſtis iam pridem apud

inferos paratos Lutherus, Caluinus, cæteriq; infernarum rerum buccinatores peritissimi dictitarunt? Docet videlicet hāc fidei salutaris monadem ipsa hominis ratio & natura, quantumuis cæcis alioquin, & densis errorum tenebris circumfusa. Et meritò. Numquid enim errādo, viæ scopus teneri potest? Numquid venenum hauriendo, sanitas? Nūquid conglaciando, calor? Nūquid ruendo, locus superus? Numquid deniq; pereundo, salus? Quoniā verò iam nobis antè constitutū est, eum solū in fide aliqua Christiana, de istorū etiam sententia, saluum futurum, qui nullis fidem suam grauioribus flagitijs inquinaret, nunc euidentissimè, vti ego quidem spero, demonstrabo, nulli prorsus hæretico, nisi fortè (quod optandū est) resipiscat, salutem vllo vnquam tempore obuenturam. Hæreticorum enim omnium ne vnus quidē est, qui graui scelere & flagitio non adstringatur. Neq; vero hic, quod tamē haud abs

3. ratio à contrario.

4. ab adiunctis peccatis.

re liceret; ea referã, quæ vel paucorum, vel plurimorũ tantùm propria sunt; sed ea solum, quæ ad oẽs omnino, fatali quadã contagione pertinẽt: siue ij docti, siue indocti, siue insignes, siue obscuri, siue nostri huius, siue superiorũ tẽporum: siue in Germania, siue in Gallia, vel alia quacũque prouincia existãt. Hęc verò duplicia esse cẽseo. Quædã enim sunt, sine quibus ne hæresis quidem intelligi potest. Quædã verò, quæ ex ꝓpria cuiusq; hęresi, tamquã ex sordidissima lerna quapiã fluere ac manare solẽt. Superbia, philautia, pertinacia, fastus, diuinorũ oraculorũ deprauatio. Doctorũ aspernatio, Ecclesiæ contẽptio, caritatis disruptio, sacrorũ Magistratuũ despectio, insolẽs deniq; animi præfractio; & arrogantissima inobedientia, hæreticorũ omniũ notæ, & insignia certissima semper fuerunt. Hæc verò si flagitiosissima & cõsceleratissima nõ sunt, quid, quæso, flagitium? quid

scelus? *Si quis dicat*, inquit Augustinus, *hæreticus est, non potest hoc solum esse, quin & alia consequantur. Carnalis est enim & animalis: ac per hoc æmulus sit necesse est; & animosus & inuidus, & inimicus ipsi veritati, ab eaque dissentiens.* *Hæreticus*, inquit idem Augustinus, *est, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusve sui gratia, falsas ac nouas opiniones, vel gignit vel sequitur.* Hæreticus est, qui, vt nomen ipsum indicat, videns & prudens doctrinam fidei orthodoxæ contrariam eligit. Hæreticus est, qui ita fidem Catholicam deserit, fidem tanta diuinæ vocis authoritate stabilitam, tanta sæculorum omnium vetustate fundatam, tanto gloriosissimorum Martyrum sanguine irrigatam, tanta miraculorum maximorum testificatione approbatam, tanta doctissimorum hominum sanctitate, & sanctissimorum doctrina confirmatam, tanto grauissimarum Synodorum, œcumenica-

.4. de bapt. .20.

le vtil. creden. c. 1.

rum, & prouincialium iudicio celebratam, tanto omnium Solis orientis & abeuntis regionum consensione receptam, tanta omnium omnino rerum approbatione prædicatam, defensam, retentam, & propagatam, vt ei insana sua, vel homuli nescio cuius alterius placita, plena stultitiæ, plena temeritatis, plena vanitatis anteponere nõ vereatur. Et quis hoc, nisi superbissimus, arrogantissimus, contumacissimus facere audeat? Sunt, fateor, in Germaniæ nostræ prouincijs alijsque regionibus, quas hæresum tempestas peruasit, aliqui nonnunquam homines rustici, simplices & imperiti, quibus, etsi suorum vel Principum vel Dominorum, & Magistrorum decreta sequuntur: hæ tamẽ tam turpes, tam grauium scelerum notæ inurendæ non sunt. Neque enim D. Augustino, neque omnino vlli prudenti idem videtur *hæreticus*, & *hæreticis credens homo*. loco citat.

O 5 cum

cum sępisimè imaginatione quadam veritatis & pietatis, miserisste illudatur, & si, de religionis Catho-
D. Aug. epistol. 162. licæ firmamentis vel audire, vel cogitare aliquid posset, omnes libentissimè errores abijceret, Ecclesiæque totum sese dederet. Qui profectò si sanctè & innocenter vitam transigere pergat, fidei quoque illius implicitæ (sic enim Theologi vocant) qua, diuino beneficio, præditus est; efficacitate, in beatorum, vti spero; numerum accensebitur. Illi verò alij, qui religionis veritatem ipsam toties vel lectam vel auditam, & indagatam respuunt & vili pendunt, soli meritissimò, pertinaces & hæretici habendi. Quibus, etsi tam multis, quis æternam salutem polliceatur? quæ demissis, modestis, minimè arrogantibus, & præfractis ab eo
Matt. 11. parata est, qui *mitis & humilis corde*
Philip. 2. fuit, *qui humiliauit semetipsum factus Patri obediens vsque ad mortem*, qui

sacro-

ſacroſancta diuinitatis myſteria *non ſapientibus*, id eſt, propter ineptam fictæ ſapientiæ opinionem intumeſcentibus, ſed *paruulis*, id eſt, humilibus & modeſtè de ſe ſentientibus patefieri oſtendit? Alia verò pænè innumerabilia peccata, quæ ex hæreticæ cuiuſque graueolentibus doctrinæ lacunis effluunt, longum foret, ſi, vt meritò deberem; indicare velim. Pauciſſima ex multis proponam, quæ & ſacris Decalogi tabulis, & naturæ, rationiſque legibus penitus aduerſentur. Nonne crimen grauiſſimum eſt alteri, quàm Deo ter maximo latriæ cultum adhibere? At Simoniani ex diſciplinæ ſuæ decretis, Simonis Magi & Selenæ meretricis imaginem adorarunt: Gnoſtici Epiphanem quendam, & primum homicidam Cainum: Angelici Angelos, Manichæi Solem iſtum corporeum. Nonne peccatũ Matt. 11.

maximũ eſt, vel alterius quàm DEI nomine iuſiurandum concipere, vel conceptum violare? At Priſcillianiſtę, per Priſcillianum iurabant, & hoc in ore pulcherrimum carmẽ ſemper habebant.

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

Nonne feſtum diem nullum ducere in vitio ponendum eſt? At Petrobuſiani olim & Waldenſes id fecerunt, noſtro verò tempore Lucas Sternbergerus Lutheranus, & Carolſtadius Dominicum etiam diem explodendum cenſuerunt, ſicuti cæteri cum Mahomete Lutherani, & Caluiniani feſtos dies alios. Nõne parentibus, & maioribus omnibus honorem non habere, præcepto diuino repugnat? Sed Anabaptiſtarum coryphæus Balthaſar Pacimontanus nulli omnino Magiſtratui homines ſubditos aſſeruit. Thomas Munzerus ad Principes è medio tollendos, cẽtum quinquaginta millibus ruſticorum ſeditio-

ſiſſimi tumultus facem prætulit. Dixit Lutherus, Deum rogandum, ne ſubditi ſuis Magiſtratib. obedirent, nullamque remedij ſpem eſſe, niſi omnibus legibus humanis extinctis, populus regnaret. Quid? aliquem iniuria pulſarę vel iugulare; nõne peccatum eſt? At infeliciſſimi noſtri Enthuſiaſtæ nefaria cognatorum, fratrum, filiorum, parẽtumq; parricidia ſibi tanquam iuſtiſſima permiſerunt. Caluiniſtæ multis in vrbibus, & regnis immaniſſimas hominum innocentum cædes perpetrarunt. qui Apoſtolos verberibus & tormentis affecerũt, obſequium ſe Deo pręſtare cenſuerunt. Iã mœchari quid? At in quantas huius generis impuritates, in quam fœdas libidines, & quam indigna ſeſe adulteria ingurgitarunt & iam olim Balaamitæ, Nicolaitæ, & Ariani Lucij aſſeclæ, & noſtrâ, Patrumque memoriâ Dulciniſtæ in Alpibus, Adamitæ in Bohemia, Ioan. 16.

Ana-

Anabaptistę in Hollandia & Westphalia, me pudor & huius amplissimi loci honestas dicere prohibent. Dixit tamen quidam, *Si nolit uxor, veniat ancilla.* Quæ vox (si vox est, & non subantis porci grunnitus) quem non Sardanapalum, Neronem, aut Heliogabalum, salacissimos alioquin & obscœnissimos homines, temperantes sanè & castos pronunciat. Quis eorum legem istiusmodi vnquam rogauit, nedum tulit? Furari & rapere, lex diuina, humanaque vetat. Sed per sancta nouorum Euangelistarum Euangelia, in templorum sacras opes inuadere, Clericorum domos deripere, cœnobia helluari fas fuisse videmus, fasque etiamnum foret, nisi humanum tribunal plus apud hos quam diuinum valeret. Falsum contra proximum testimonium dicere, scelus est. At contra Dei Ecclesiam,

Lutherus in ser. de matr. an. 1523. tom. 5. lat. f. 123. Sueton. in Nero. c. 29.

con-

contra huius sacrosanctos Gubernatores & Principes, non modo falsissima quæque mendacia, verbis, libris, imaginibus, ijdem illi peruulgarunt: sed contumelias etiam in eos intorquere dirissimas ausi fuerunt. Notum est, opinor, vobis os illud effræne, quod Christianorum Pontifices, Reges, & Principes, Antichristos, carnifices, scurras, nebulones appellauit. Lutherus. Dominum, seruum, ancillam, vxorem alienam concupiscere, nonne diuinæ legis perruptio est? At Lutheranis omnibus, hoc & licet, & libet, Quid, *Auditores*, cohorruistis? licet, inquam, hoc, & libet, si quidem Magistrum illum, à quo nomen acceperunt, audiunt. *Transgressio enim,* ait; *inevitabilis est præcepti, Non concupisces.* Vega lib. 11. c. 14. Qui hæc igitur tot, & tam tetra flagitia concipiunt, possuntne sua cũ fide saluari? Vel enim hæc laudare & approbare tãquã honesta oportet, vel eos, qui ista faciunt,

aut facienda censent, damnare. Et nos quidem Orthodoxi, quod dolenter dico, sæpè diuinæ legis mãdata iniquitate, nequitia, libidine, auaritia, cupiditate infringimus: non tamen id rectè, iureque fieri, vel dicimus vel cogitamus. At omnia illa, quæ iam percensui, teterrimorum scelerum portẽta, illæ ipsę, quas singulis adiunxi, sectæ docẽt, laudant, proponũt. Nos, si quid horum aliquando, vel tenuissima cogitatione, humana quadum infirmitate, admittimus, lapsos nos fatemur, peccasse dicimus, veniam petimus. At qui nouas semper fides architectantur, alij quidem alia; omnia tamen hæc vt bene facta, vt iusta, vt diuinis scripturis consentanea facere se iactitant: nihil eos pœnitet. si metus absit, etiam quasi de palmarijs facinoribus lætitia exsultant, gaudio gestiunt, oratione gloriantur. Cum nulla igitur, præter vnam CATHOLICAM, fides exi-

ſtat, cui non arrogantia, contumacia, importunitas, audacia, multæ, variæq; ſcelerum facies, quas ipſamet credulitatum placita effingũt; adiunctæ ſint; ſalutẽne adhuc perſuaſioni cuilibet tribuemus? Sanè vt apud ſuperſtitioſos illos Gentiles, non viliſſimæ tantùm res, feles, canes, allia, porra, & cæpæ, ſed ipſa quoque vitia turpiſsima ſuas hoſtias, aras, & templa habuerunt: ſic apud nos Chriſtianos, vix ſcio, an ſit quidquam tam abſurdum; turpe, diſtortum, quod ſuos aliquos admiratores & encomiaſtas, hæreticos tamen, non habuerit. Quorum ſi fidem in cœlum extuleris, eôdem quoque ſcelerum omnium colluuiem deriues oportet: niſi fortè tam ſumus amentes, vt fidem ad cœlum quidem proficiſci, hæc verò extra fores & limen reſiſtere dicamus. Velim autem mihi Soteres iſti dicant, quid de ijs, qui apud Iſraëlitas, nouas quaſpiam religionis for- 5. Ratio.

mas excogitabant, sentiant. Suntne vnâ cum veris Israëlitis eiusdem felicitatis participes Samaritani, Hemerobaptistæ, Sadducæi, fatuique Pharisæi? Si non sunt, vt sanè non sunt, cur deteriores ipsi, quàm hæretici nostri, conditione? Si sunt; cur tam sæpè, & tam grauiter à DEO reprehensi & improbati sunt? Cur eorum causa Samariæ, Galilææ, Iudææ vniuersæ tanta malorum Ilias illata? Cur illi propter Israëliticam fidem abiectam & proditam perditi, nostri verò salui erunt? *Tum*, mihi crede, *tua res agitur, paries cùm proximus ardet.* Noli supera tibi polliceri, quisquis hosce ad infera detrudi audis. Sed hoc argumentum paulò latiùs pandamus. Saluíne sunt, qui in Ecclesiæ nostræ primordijs statim eruperunt; Iudaizantes hæretici,

Nicolaitæ, Cerinthiani, Ebioni-
æ, Saturniniani, Basilidiani, Gno-
tici, Marcionistæ, Encratitæ,
Montani, Seueriani? Saluíne sunt,
qui Ecclesiam deinde perturba-
unt, Nouatiani, Sabelliani, Mani-
chæi, Meletiani, Donatistæ, A-
iani, Pneumatomachi, Eunomia-
ni, Collyridiani, Heluidiani, Pe-
agiani, Nestoriani, Seueriani?
Saluíne sunt, qui, propioribus sæ-
culis, tot in fide nugas, vel turbas
potiùs egerunt, Bogomili, Petro-
brusiani, Waldenses, Albigenses,
Flagellantes, Begardi, Beguini,
Lolhardi, Wicleffitæ, Hussitæ,
Adamitæ, Thaboritæ, Orebitæ?
Quæ confidentia, vt quo in freto
anta tam multi animorum nau-
fragia fecerunt, nostri Luthe-
ani, Caluinistæ, Anabaptistæ,
Schvvenckfeldiani, Vbiquitarij,
Trinitarij tutum & tranquillum

scelus? *Si quis dicat*, inquit Augusti-
4. de bapt. .20. nus, *hæreticus est, non potest hoc solum esse, quin & alia consequantur. Carnalis est enim & animalis: ac per hoc æmulus sit necesse est; & animosus & inuidus, & inimicus ipsi veritati, ab eaque dissentiens.*
le vtil. cre- den. c. 1. *Hæreticus*, inquit idem Augustinus, *est, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusve sui gratia, falsas ac nouas opiniones, vel gignit vel sequitur.* Hæreticus est, qui, vt nomen ipsum indicat, videns & prudens doctrinam fidei orthodoxæ contrariam eligit. Hæreticus est, qui ita fidem Catholicam deserit, fidem tanta diuinæ vocis authoritate stabilitam, tanta sæculorum omnium vetustate fundatam, tanto gloriosissimorum Martyrum sanguine irrigatam, tanta miraculorum maximorum testificatione approbatam, tanta doctissimorum hominum sanctitate, & sanctissimorum doctrina confirmatam, tanto grauissimarum Synodorum, œcumenica-

rum,

rum; & prouincialium iudicio celebratam, tanto omnium Solis orientis & abeuntis regionum consensione receptam, tanta omnium omnino rerum approbatione prædicatam, defensam, retentam, & propagatam, vt ei insana sua, vel homuli nescio cuius alterius placita, plena stultitiæ, plena temeritatis, plena vanitatis anteponere nõ vereatur. Et quis hoc, nisi superbissimus, arrogantissimus, contumacissimus facere audeat? Sunt, fateor, in Germaniæ nostræ prouincijs alijsque regionibus, quas hæresum tempestas peruasit, aliqui nonnunquam homines rusticani, simplices & imperiti, quibus, etsi suorum vel Principum vel Dominorum, & Magistrorum decreta sequuntur: hæ tamẽ tam turpes, tam grauium scelerum notæ inurendæ non sunt. Neque enim D. Augustino, neque omnino vlli prudenti idem videtur *hæreticus*, & *hæreticis credens homo*. loco citat

O 5 cum

cum sępissimè imaginatione quadam veritatis & pietatis, miser iste illudatur, & si, de religionis Catholicæ firmamentis vel audire, vel cogitare aliquid posset, omnes libentissimè errores abijceret, Ecclesiæque totum sese dederet. Qui profectò si sanctè & innocenter vitam transigere pergat, fidei quoque illius implicitæ (sic enim Theologi vocant) qua, diuino beneficio, præditus est; efficacitate, in beatorum, vti spero; numerum accensebitur. Illi verò alij, qui religionis veritatem ipsam toties vel lectam vel auditam, & indagatam respuunt & vili pendunt, soli meritissimò, pertinaces & hæretici habendi. Quibus, etsi tam multis; quis æternam salutem polliceatur? quæ demissis, modestis, minimè arrogantibus, & præfractis ab eo parata est, qui *mitis & humilis corde* fuit, *qui humiliauit semetipsum factus Patri obediens vsque ad mortem*, qui sacro-

D.Aug. epistol. 162.

Matt. 11.

Philip. 2.

sacrosancta diuinitatis mysteria *non sapientibus*, id est, propter ineptam fictæ sapientiæ opinionem intumescentibus, sed *paruulis*, id est, humilibus & modestè de se sentientibus patefieri ostendit? Alia verò pænè innumerabilia peccata, quæ ex hæreticæ cuiusque graueolentibus doctrinæ lacunis effluunt, longum foret, si, vt meritò deberem, indicare velim. Paucissima ex multis proponam, quæ & sacris Decalogi tabulis, & naturæ, rationisque legibus penitus aduersentur. Nonne crimen grauissimum est alteri, quàm Deo ter maximo latriæ cultum adhibere? At Simoniani ex disciplinæ suæ decretis, Simonis Magi & Selenæ meretricis imaginem adorarunt: Gnostici Epiphanem quendam, & primum homicidam Cainum: Angelici Angelos, Manichæi Solem istum corporeum. Nonne peccatũ Matt. 11.

maximũ eſt, vel alterius quàm DEI nomine iuſiurandum concipere, vel conceptum violare? At Priſcillianiſtę, per Priſcillianum iurabant, & hoc in ore pulcherrimum carmẽ ſemper habebant.

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

Nonne feſtum diem nullum ducere in vitio ponendum eſt? At Petrobuſiani olim & Waldenſes id fecerunt, noſtro verò tempore Lucas Sternbergerus Lutheranus, & Carolſtadius Dominicum etiam diem explodendum cenſuerunt, ſicuti cæteri cum Mahomete Lutherani, & Caluiniani feſtos dies alios. Nõne parentibus, & maioribus omnibus honorem non habere, præcepto diuino repugnat? Sed Anabaptiſtarum coryphæus Balthaſar Pacimontanus nulli omnino Magiſtratui homines ſubditos aſſeruit. Thomas Munzerus ad Principes è medio tollendos, cẽtum quinquaginta millibus ruſticorum ſeditio-

ſiſſi-

ſiſſimi tumultus facem prætulit. Dixit Lutherus, Deum rogandum, ne ſubditi ſuis Magiſtratib. obedirent, nullamque remedij ſpem eſſe, niſi omnibus legibus humanis extinctis, populus regnaret. Quid? aliquem iniuria pulſare vel iugulare; nõne peccatum eſt? At infeliciſſimi noſtri Enthuſiaſtæ nefaria cognatorum, fratrum, filiorum, parẽtumq; parricidia ſibi tanquam iuſtiſſima permiſerunt. Caluiniſtæ multis in vrbibus, & regnis immaniſſimas hominum innocentum cædes perpetrarunt. qui Apoſtolos verberibus & tormentis affecerũt, obſequium ſe Deo pręſtare cenſuerunt. Iã mœchari quid? At in quantas huius generis impuritates, in quam fœdas libidines, & quam indigna ſeſe adulteria ingurgitarunt & iam olim Balaamitæ, Nicolaitæ, & Ariani Lucij aſſeclæ, & noſtrâ, Patrumque memoriâ Dulciniſtæ in Alpibus, Adamitæ in Bohemia, Ioan. 16.

Ana-

Anabaptistę in Hollandia & Westphalia, me pudor & huius amplissimi loci honestas dicere prohibent. Dixit tamen quidam, *Si nolit uxor, veniat ancilla.* Quæ vox (si vox est, & non subantis porci grunnitus) quem non Sardanapalum, Neronem, aut Heliogabalum, salacissimos alioquin & obscœnissimos homines, temperantes sanè & castos pronunciat. Quis eorum legem istiusmodi vnquam rogauit, nedum tulit? Furari & rapere, lex diuina, humanaque vetat. Sed per sancta nouorum Euangelistarum Euangelia, in templorum sacras opes inuadere, Clericorum domos deripere, cœnobia helluari fas fuisse videmus, fasque etiamnum foret, nisi humanum tribunal plus apud hos quam diuinum valeret. Falsum contra proximum testimonium dicere, scelus est. At contra Dei Ecclesiam,

Lutherus in ser. de matr. an. 1523. tom. 5. lat. f. 123. Sueton. in Nero. c. 29.

con-

contra huius sacrosanctos Guber-natores & Principes, non modo falsissima quæque mendacia, verbis, libris, imaginibus, ijdem illi peruulgarunt: sed contumelias etiam in eos intorquere dirissimas ausi fuerunt. Notum est, opinor, vobis os illud effræne, quod Christianorum Pontifices, Reges, & Principes, Antichristos, carnifices, scurras, nebulones appellauit. Dominum, seruum, ancillam, vxorem alienam concupiscere, nonne diuinæ legis perruptio est? At Lutheranis omnibus, hoc & licet, & libet. Quid, *Auditores*, cohorruistis? licet, inquam, hoc, & libet, si quidem Magistrum illum, à quo nomen acceperunt, audiunt. *Transgressio enim,* ait; *ineuitabilis est præcepti, Non concupisces.* Qui hæc igitur tot, & tam tetra flagitia concipiunt, possuntne sua cũ fide saluari? Vel enim hæc laudare & approbare tãquã honesta oportet, vel eos, qui ista faciunt,

Lutherus.

Vega lib. 11. c. 14.

aut facienda censent, damnare. Et nos quidem Orthodoxi, quod dolenter dico, sæpè diuinæ legis mandata iniquitate, nequitia, libidine, auaritia, cupiditate infringimus: non tamen id rectè, iureque fieri, vel dicimus vel cogitamus. At omnia illa, quæ iam percensui, teterrimorum scelerum porteta, illæ ipsę, quas singulis adiunxi; sectæ docent, laudant, proponũt. Nos, si quid horum aliquando, vel tenuissima cogitatione, humana quadum infirmitate, admittimus, lapsos nos fatemur, peccasse dicimus, veniam petimus. At qui nouas semper fides architectantur, alij quidem alia, omnia tamen hæc vt bene facta, vt iusta, vt diuinis scripturis consentanea facere se iactitant: nihil eos pœnitet. si metus absit, etiam quasi de palmarijs facinoribus lætitia exsultant, gaudio gestiunt, oratione gloriantur. Cum nulla igitur, præter vnam CATHOLICAM, fides exi-

stat,

tat, cui non arrogantia, contumacia, importunitas, audacia, multæ, variæq; scelerum facies, quas ipsa net credulitatum placita effingũt; adiunctæ sint, saluténe adhuc persuasioni cuilibet tribuemus? Sanè ut apud superstitiosos illos Gentiles, non vilissimæ tantùm res, feles, canes, allia, porra, & cæpæ, sed ipsa quoque vitia turpissima suas hostias, aras, & templa habuerunt: sic apud nos Christianos, vix scio, an sit quidquam tam absurdum, turpe, distortum, quod suos aliquos admiratores & encomiastas, hæreticos tamen, non habuerit. Quorum si fidem in cœlum extuleris, eòdem quoque scelerum omnium colluuiem deriues oportet: nisi fortè tam sumus amentes, vt fidem ad cœlum quidem proficisci, hæc verò extra fores & limen resistere dicamus. Velim autem mihi Soteres isti dicant, quid de ijs, qui apud Israëlitas, nouas quaspiam religionis for- 5. Ratio.

P mas

Nicolaitæ, Cerinthiani, Ebionitæ, Saturniniani, Basilidiani, Gnostici, Marcionistæ, Encratitæ, Montani, Seueriani? Saluíne sunt, qui Ecclesiam deinde perturbarunt, Nouatiani, Sabelliani, Manichæi, Meletiani, Donatistæ, Ariani, Pneumatomachi, Eunomiani, Collyridiani, Heluidiani, Pelagiani, Nestoriani, Seueriani? Saluíne sunt, qui, propioribus sæculis, tot in fide nugas, vel turbas potiùs egerunt, Bogomili, Petrobrusiani, Waldenses, Albigenses, Flagellantes, Begardi, Beguini, Lolhardi, Wicleffitæ, Hussitæ, Adamitæ, Thaboritæ, Orebitæ? Quæ confidentia, vt quo in freto tanta tam multi animorum naufragia fecerunt, nostri Lutherani, Caluinistæ, Anabaptistæ, Schvvenckfeldiani, Vbiquitarij, Trinitarij tutum & tranquillum

Paulus, sint beati Philetus & Hymenæus? nullus omnino propter fidei Christianæ deprauationem ignibus perpetuis addicatur, infernus exinaniatur, cœlum compleatur? Sed si iam nostri temporis omnes fideles (sic enim & Catholici, & omnis generis hæretici ab istis vocantur) in cœleste illud Diuorum Capitolium inuehuntur; ridiculum equidem & parum sapientem Regem illum Mahumetani & Iudæi dixerint, qui æternam illam cœnam apparauit. Solitus aliquando fuit Imperator Heliogabalus vnam ad cænam octo caluos, octo luscos, octo podagrosos, octo surdos; octo nigros, octo prælongos, octo præpingues, & obesos simul vocare. Verum quanto cum omnium risu? Si verò idem lupos & agnos octo, feles & mures octo, accipitres & columbas octo, araneas & muscas octo,

2. Timo. 2

7. Ratio.

Matt. 22.

Lampri.

quàm internecina bella! quàm atrocia odia! quàm immanes tragœdię! quàm ſanguinaria paſsim ſpectacula! Teſtis Germania noſtra, quę non ſolùm centies & quinquagies mille ruſticos proſtratos aſpexit; ſed vidit nobiliſſimos etiam ampliſsimoſque ſuos Principes tumultuari, contra Cęſarem belligerari, tandemque vinci, capi, abduci. Teſtis Gallia, in qua tot annos, tot bella & tam cruenta verſata fuerunt: in qua tanta nobilium virorum, fortiſsimorum ducum, innocentiſsimorum ciuium multitudo mactata: tot templa, tot pagi, tot vrbes incenſę, dirutæ, vaſtatę. Teſtis Flādria, & inferior illa tota Germania, in qua cum inauditę, iam tot annos, clades, direptiones, vaſtitates exerceātur, tranquillari tamen

& aliqua rursum pace congluti- nari prouinciæ illæ non possunt. Testis Anglia, quæ etiamnum hodie tot doctissimorum & optimorum virorum sanguine redundat: quæ latronibus olim & perduellibus constituta supplicia, nunc Reipublicæ quam studiosissimis conseruatoribus inferre pergit. Testis Franconia nostra, quæ Rusticano bello ducentarum arcium vel cœnobiorum cadauera cō spexit; quæ arcem illam, patriæ totius caput, cuniculis subrui, machinis concuti, spe deuorari persensit: quæ Margrauici belli, periculosissimi sanè & infestissimi, molem sustinuit: quæ suorum etiam sicas & bombardas sua in viscera, in caput, Ducemque suum, & Episcopum, Zobelium, intentatas exhorruit. Testes demum omnes oræ, nationes, at-

Sed hoc anno *1603.* Deo laus, mitiora.

que

que prouinciæ, quaſcunque hæc opinionum de religione varietas contingere potuit. ea in his omnia renouata, quæ antiquiſſimus & doctiſſimus auctor de Arianis temporibus perſcripſit, Vincentius Lirinenſis. *Tunc*, ait, *temeratæ coniuges, depopulatæ viduæ, profanatæ virgines, monaſteria demolita, diſturbati Clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergaſtula, carceres, metalla. quorum pars maxima interdictis vrbibus protruſi atque extorres, inter deſerta, ſpeluncas, feras, ſaxa, nuditate, ſiti affecti, attriti & tabefacti ſunt.* Hos igitur, & qui fecerunt, & qui paſſi ſunt; qui hæc ab his benè ferri, ab illis iuſtè inferri cenſent, (vt cenſere omnes debent, qui religione diſcrepant) quod cœlum capere, quis epularis accubitus, quæ cœna poterit? Vix vna in domo religiones cõcordare, vix vno in conuiuio, abſq; iurgijs conuenire poſſunt: & omnes ſimul vna in cæleſti domo verſabũtur? cap. 6.

tur? Cum ad mortem pro CHRISTI fide à Gentilibus sanctissimi Martyres ducerentur, si quos, etiam eandem ob causam, hæreticos vinctos intelligebãt, ab ijs sese disiungebãt: neq; cum ijs mortem oppetere volebant; vt, apud Eusebium, copiosè Apollonius ostendit. Quomodo igitur mortis oppetitæ præmium cum ijs accipient? Lupi ouibus non viuis tantùm viui & famelici, sed mortui etiam mortuis infesti dicuntur. Si enim, Oppiano auctore, ex lupi & ouis pellibus tympanum, aut fides conficias; lupinæ sonabũt, ouinæ quasi metu exanimatæ conticescent. Et in illis cælorum spacijs hæretici cum Catholicis τρισάγιον illud acroâma simul concinere poterunt! *Nec fieri potest*, inquit ad Constantium Imperatorem Hilarius, *nec ratio patitur, vt repugnantia congruant, dissimilia conglutinentur, vera & falsa misceantur, lux & tenebræ confundantur. dies quoque & nox*

Lib. 5. hist.c. 16.

aliquam habeant coniunctionem. Sed quid hæreticos & Catholicos dico? Quibus oculis ipse Lutherus Zuinglium poterit, aut hic illum vicissim intueri? Quo ore Illyricus Georgium Maiorem, Wittenbergenses Academicos, & Lipsenses, à quibus damnatus & exturbatus est? Quo Mansfeldenses & Ienenses Theologi Melanchthonicos, Osiandricos, Adiaphoristas, & Stancarianos, à quibus totis libris acerbissimè vexantur! Qua hilaritate Seruetus Caluinum, à quo exustus est, consalutabit? Pfeffingerus Nicolaum Amsdorffium, Caluinus Westphalum, Heshusius illum & Boquinum, Schwenckfeldius, & Anabaptistę tam hos quàm alios, quorũ disputationibus, & conuicijs flagellantur? Certè ille, qui Lind.dial

εἰρήνην dum vult cudere, cudit ἔριν,

tantum abest, vt eum suo Kemnicio & Selneccero, inter omnes concordiam aliquam constitue-

ſtituere poſſit, vt iam hoc ipſo biẽnio, præclari iſti pacificatores diſſidere inter ſe ipſi cœperint. Quæ enim Heydelbergæ hoc elapſo CIↃ. IↃ. LXXXIII anno edita eſt Concordiæ apologia, nouum his cum Schmidelino certamen exortum indicat.

Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Et freta deſtituent nudos in littore piſces,

quàm hæc tam diuerſa, tam inter ſe pugnantia, tam infeſta hominum agmina, in omnem ſimul æternitatem, illo in loco viuere poſſe arbitrer, vbi pax & tranquillitas ſempiterna. Neque enim, quod aliquis fortaſſe ſuſpicetur; animis conſpirare vnquam poterunt, cum in ſuis emoriantur hæreſibus, hæreſeonq; illarum notas ita fixas hinc efferãt, vt nulla vetuſtatis ſpongia delezi vnquam poſſint. Quæ ſi effecerunt, vt tam atrociter hic, & nobiſcum, & inter ſe digladiarentur, illic vt concordiæ & pacis auctores ſint, fieri

nun-

nunquam poterit. Existimant verò nonnulli, si hoc semel existimaremus, quoslibet sua in fide saluari, tum odiorum & discordiarum seminaria tolli facilè posse. dicturum enim quemlibet: Ecquid ab illo acerbè dissentiam, cùm, vt ego mea, sic ille sua fide salutem nancisci possit? Sed non ita est, Auditores. *Speciosum quidem,* ait D. Hilarius, *nomen est pacis, & pulchra est opinio vnitatis: sed quis ambigat, eam solam Ecclesiæ atque Euangeliorum vnitam pacem esse, quæ* CHRISTI *est?* Maiora enim & plura hæc opinio dissidia procrearet. Quid enim vetaret me, vosque singulos omnes hodie nouum aliquod fidei dogma comminisci, hocque statim scripturis aliquibus & ratiúculis obuallare, hoc omnium optimum credere? Quid deinde? Quot capita, tot sententiæ. & pax aliqua erit? Et si propositis à Magistratu pœnis, vt nunc plerisque in locis videmus; aliqua fortasse coagmenta-

8. ratio.

lib. contra Arianos in princ.

9. ratio.

ſtituere poſſit, vt iam hoc ipſo biẽnio, præclari iſti pacificatores diſſidere inter ſe ipſi cœperint. Quæ enim Heydelbergæ hoc elapſo CIↃ.IↃ.LXXXIII. anno edita eſt Concordiæ apologia, nouum his cum Schmidelino certamen exortum indicat.

Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Et freta deſtituent nudos in littore piſces,

quàm hæc tam diuerſa, tam inter ſe pugnantia, tam infeſta hominum agmina, in omnem ſimul æternitatem, illo in loco viuere poſſe arbitrer, vbi pax & tranquillitas ſempiterna. Neque enim, quod aliquis fortaſſe ſuſpicetur; animis conſpirare vnquam poterunt, cum in ſuis emoriantur hæreſibus, hæreſeonq; illarum notas ita fixas hinc efferãt, vt nulla vetuſtatis ſpongia deleri vnquam poſſint. Quæ ſi effecerunt, vt tam atrociter hic, & nobiſcum, & inter ſe digladiarentur, illic vt concordiæ & pacis auctores ſint, fieri

nun-

nunquam poterit. Existimant verò nonnulli, si hoc semel existimaremus, quoslibet sua in fide saluari, tum odiorum & discordiarum seminaria tolli facilè posse. dicturum enim quemlibet: Ecquid ab illo acerbè dissentiam, cùm, vt ego mea, sic ille sua fide salutem nancisci possit? Sed non ita est, Auditores. *Speciosum quidem*, ait D. Hilarius, *nomen est pacis, & pulchra est opinio vnitatis: sed quis ambigat, eam solam Ecclesiæ atque Euangeliorum vnitam pacem esse, quæ* CHRISTI *est?* Maiora enim & plura hæc opinio dissidia procrearet. Quid enim vetaret me, vosque singulos omnes hodie nouum aliquod fidei dogma comminisci, hocque statim scripturis aliquibus & ratiúculis obuallare, hoc omnium optimum credere? Quid deinde? Quot capita, tot sententiæ. & pax aliqua erit? Et si propositis à Magistratu pœnis, vt nunc plerisque in locis videmus; aliqua fortasse coagmenta-

8. ratio.

lib. contra Arianos in princ.

9. ratio.

retur,

retur; ea tamen vel non diuturna, vel incommodorum pleniſſima foret. Nam, vt illud Hilarij ad Imperatorem Conſtantium iam relinquam: *Periculoſum nobis admodum, atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas eſſe, quot mores: & tot cauſas blaſphemiarum pullulare, quot vitia ſunt: dum aut ita fides ſcribuntur, vt volumus; aut ita, vt volumus, deliguntur*: vt, inquam, hoc relinquam; ex religionum diuerſitate, morum diuerſitas; ex morum diuerſitate, vitæ diſſimilitudo; ex vitæ diſſimilitudine, animorum diſiũctiones; ex his verò lites, odia, inimicitiæ. Quemadmodum enim, Platonico Agathone teſte, ſimile ſimili ſemper hæret ac ſociatur: ita contrà, diſſimile à diſſimili ſemper recedit ac diſſociatur. Ideoque Lælius ille Tullianus nihil aliud amicitiam eſſe dicit, niſi omnium diuinarum, humanarumq; rerum, cum beneuolentia & carita-

In Conuiu.

Lib. de ami.

te ſum-

te summã consensionem. Amplissim⁹ Augustanæ ciuitatis Senatus anno superiore, nouos Gregoriani Kalendarij fastos receperat. Tulit hoc molestè plebes, Concionatorũ Lutheranorũ vociferationibus impulsa. Respõdit Senatus, totã Bauarorũ viciniam recepisse: cõducibile haudquaquã esse negotiationi operibusue publicis, aut priuatis, si illi hodie festũ diem agant, isti verò laboribus occupẽtur: illi ad Dei cultũ religiosè tẽpla & cõciones obeant, isti ad rẽ faciendam, fora & nũdinas. Id verò quã crebrò in omni propemodũ vitæ vsu euenire oportebit? Ne eodẽ quidẽ thoro ista religionũ dissensio cõtineri potest. Fugit Clothildis Regina Regẽ Alaricũ: deseruit Eudoxia regina Regem Hunericũ. Theodora Imperatrix Imperatorẽ Theophilũ vix placauit. Nõ possũt cũ honestissimis matronis, sed ne inter se quidẽ, vna in domo, cõcubinę sẽnsu & mẽte cõgruere: vt merito ꝑpterea

veteres Numæ Pompilij leges, dum matronas ad Iunonis templum admitterent, concubinas omni aditu prohibuerint. quæ si nunc referrētur valerentque leges, non vnius tantum templi, sed vrbium omnium portas, religionum multitudini obstruendas testarentur. Si enim fides quælibet probanda, actus & fidei cuiuslibet probandi. At vt illæ, sic etiam isti sæpè aduersarij sunt maximè, &, vt prouerbium ait, δὶς διὰ πασῶν discrepantes. Ducat igitur, vt Aristophanes aiebat; Lupus ouem vxorem; & opiniones de religione contrariæ iisdem tectis & mœnibus concorditer includentur. Rursum verò, si nullius religionis, modò CHRISTVM veneretur; actus vitiosi sunt, an non licebit Catholicis Lutheranorum quaslibet actiones, & Lutheranis Catholicorum imitari? an mihi non licebit carnibus, die quolibet vesci, Lutherano autem nostram, vel Caluinisti-

camSynaxin adire? Quod si verò ad id etiam vel amicè inuiter vel inimicè vrgear, non modò in constantiam & diuinas leges non peccâro, sed prudentiæ etiam vel maximè obsecundâro, quæ tempori vult cedamus, quę vniuscuiusque ritus bonos ostendit, quę paci potiùs, quam fidei professioni consulendum monet. Sint igitur in laude noui Helchesaitæ, qui modo fidem corde retineas, ore illam tegere permittunt: Georgio Dauidi applaudatur, qui stultum esse dicebat, si quis, coram hominibus fidē negare, peccatum esse putaret: celebretur Loïstarum parens Eligius, qui, cùm plenis faucibus hæreses hausisset ac vomeret; omnia tamen simulans & dissimulans in templis versabatur, sacrum facienti Sacerdoti ministrabat, sacri etiam calicis imaginem in vestibus gerebat. Contrà verò vituperentur, non Apostoli tantum (Nam hos etiam vecordes ac stolidos id-

circo Dauid ille deteſtabilis vocabat) ſed omnes omnino, non Orthodoxi modò, ſed Lutherani etiã, Anabaptiſtæ, Caluiniani, qui carceres, exilia, mortem deniq; oppetere potiùs, quàm aduerſariæ parti tantillum, vlla in re, cedere maluerunt. Cur enim tam conſilij & prudentiæ inopes, vt quod fas erat, nefas ducerent? Dicam aliquid amplius. Omnes qui ſuſceptam quamcunque religionem vnquam deſeruerunt, ſtulti ſunt, fatui ſunt, inſani ſunt. Quid, Friderice Staphyle, à Magiſtri tui latere diſcedere opus erat? Quid, Georgi Wiceli, ab illius caſtris transfugere? Quid, Theobalde Thaumere, Gaſpar France, Generoſe ac illuſtris Vlrice Comes Helffenſteinie, Luthero eidem Vale dicere? Noua erat religio? ſacroſanctis libris aduerſa? diuinis Patribus contraria? nullo aut virtutis aut rationis fundamento innixa? ſed CHRISTVM tamen colebat, CHRISTVM

Surius anno domini, 1567.

præ-

prædicabat. cur à cœpto itinere, quo ad salutem etiam perueniebatur, deflexistis? Sed sapientissimè vos fecistis. &, vt olim Diuus Augustinus à Manichæis desciscens; sic vestro ipsi præclarissimo exemplo, & non qualibet viâ esse ad salutem gradiendum, & quæ tamen viarum omnium ad illam optima & certissima esset, ostendistis. Non enim est illa in fidei negotio ἀδιαφορία, quæ in plerisque corporis & fortunæ bonis, plerisque hominum etiam actionibus. Non, quia mihi aut tibi hoc aut illud videtur, hoc aut illud idcirco verum est ac sanctum & religiosum. Quis opiniosissimos illos Heraclitos, aut Pyrrhones iam ferat, qui ita se quamlibet rem habere aiebant, quemadmodum sensu à nobis perciperetur? vt idem mel & amarum & dulce foret, quia illud ægroto, hoc sano videretur? Prorsus hoc idem illi dictitant, qui, quod

De Docetis hæreticis Euseb. l. 6. c. 10.

cuique de fide visum fuerit, bonum hoc & tolerabile videri volunt. Scilicet; *suum cuique pulchrum est*; *Omnis Aristippum* decet *color*: *Adhuc neminem*, inquit Cicero, *cognoui poëtam, qui sibi non optimus videretur*. An propterea optimus est? Et moriones sibi sapientissimi videntur, nam propterea sunt? Nugę meræ sunt, verissimæque tricæ & apinæ, quenquam ad salutem pertingere posse, quia suam sibi fidem optimam & rectissimam persuadeat. Frustra profectò tantum laborum omnes Maiores nostri, sapientissimi & grauissimi Patres in hæresibus opprimendis & confutandis posuissent: frustra tot vel generalia vel particularia Concilia instituissent: frustra tanta disputationnm volumina elucubrassent: frustra, imò & iniustè tam horribilibus serpentes opiniones anathematismis iugulassent: insipienter Dei Sapientia monuisset, vt à falsis Prophetis caueremus,

Tusc. 5.

Matth. 7.

mus,

mus, qui ad nos in ouium vestimentis venirent, intrinsecus autem essent lupi rapaces. Quomodo enim *falsi Prophetæ*, ac *lupi*, si ea, quam nouam cuderunt; fide salui etiam erimus? Malè sanctissimus legislator præscripsisset, ne dicentibus, *Ecce hic est Christus, aut illic, crederemus.* Quid enim periculi est, si credidero, cum ei fidei cœli etiam pateant? ineptè Paulus *profana & inaniloquia* deuitari iuberet, quæ vt cancer latiùs serperent. Non enim *ad impietatem*, vt ipse ait, sed ad pietatem & salutem valerent: temere idem *hæreticum hominem, post vnam & secundam correptionem*, defugiendum suaderet, *quia subuersus esset, qui eiusmodi est, & delinqueret, proprioque iudicio esset condemnatus.* Meliora enim de ipso speranda, qui cum fidem suam quam maximè Deo & rationi consentaneam putarit, plenis vt habet prouerbium; velis ad fortu-

Matth. 24

2. Tim. 2.

ad Tit. 3.

natorum insulas enauigabit: Seuerè nimium vel atrociter potius comissimus ille CHRISTI Apostolus: *Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum nec AVE ei dixeritis. Qui enim dicit AVE, communicat operibus eius malignis.* Bona verba ô IOANNES: etiamsi doctrinam aliã afferat, modo Christo tamẽ honorem faciat, ad salutem dux & auctor esse poterit. Omitto cætera, quæ contra huius opinationis amentiam plurima & grauissima dici possunt. Hoc, postremo iam loco, affirmo, nullos omnino ita opinari nisi homines quosdam (id malo cogitatione à vobis percurri, quã à me oratione) Epicureos, voluptarios, asotos, atheos, qui humana diuinis omnibus anteponant, qui hominibus quam DEO placere malint, qui neque calidi sint neque frigidi, sed in religione tepidissimi quos ex ore suo Deus ter Optimus Maximus tanquam olidas puru-

ist. 2.

o ratio.

Apocal. 3.

lentissimi alicuius pulmonis sordes in sentinam tartaream euomet: cumque aliquorum aliquando animos olim quadantenus hæc opinio titillarit, plurimorum verò hodie mentes crudelissimè perbacchetur, nullum tamen vnquam hominem eruditum, tam sui oblitum, tamque ad omnem audaciam proiectum fuisse, qui aperta frōte sententiæ huius aut inuentionem sibi arrogaret aut patrocinium susciperet. Prodijt ex tenebricoso nescio quo gurgustio, hac de re, paucos ante annos, liber, sed absque nomine. Maximilianus primus isto de themate quæstionem Abbati Trithemio posuit. Sed nunquam Imperator ille ita sensit, verùm vt quorundam istam opinionem frangeret, illud interrogauit. Fuit in Ægypto Rhetorius olim quidam, qui hæreses omnes laudabat. nemi-

lib. de 8. quæst. 2.

nem errare, omnes benè sentire dicebat. hic, si quis alius, harum, quas iam deiecimus nugarum conditor censeri potest. Sed hoc, quod iste docuit, *ita*, inquit S. Augustinus, *est absurdum, vt mihi incredibile videatur*: quin potiùs, vt addit Philastrius; hęreticus ille rerum omnium fuit inscius. Maximam plurimis & maximis de rebus vtrumlibet sentiendi potestatem fecit Erasmus: dixit Melanchthon, pacis ergô, liberam esse oportere de sacrosancto Eucharistiæ mysterio, eiusque vsu sententiam: dixit Schmidelinus de pœnitentiæ partibus scholasticam tantùm esse disputationem, in qua quod liberet, opinari liceret: dixit Lausanæ Caluinus publicè, Sancti Athanasij symbolo, quod aliqui infelicissimo nostro sæculo Sathanasij dicere audent; *se nec credere, nec discredere donec ad Scripturarum gnomen* (Sic enim Arianizans græcissabat) *illud examinasset*:

b. de hæ-
s 72.

b. de hær.
par. hære.
3.

naſſet: eiuſque plerique ſectatores de baptiſmo ſuſcipiendo parum laborandum cenſent: Adiaphoriſtæ Wittembergenſes Conciliorum & Eccleſiæ conſtitutiones, veteres cæremonias, pædobaptiſmum, exorciſmum, magiſtratum, & id genus alia retineri vel negligi poſſe; Lutheranis reliquis valdè commurmurantibus & ſtomachantibus, arbitrantur. Sed tamen, vt horum quiſquam omnes religionum ventos probet, ex quouis ligno Mercurium fieri cenſeat, nemo omnium eſt, vti ante demõſtraui: etſi præclaris illis ſuis dictis magnam profectò iſti ad hoc opinandum feneſtram patefecerunt. FuerũtD. Auguſtini tempore, qui ab inferis eos aliquando liberandos dicerent, qui CHRISTI baptiſmate abluti, & corporis eius ac ſanguinis participes facti fuiſſent. ſed neque horum aliquod nomen exſtat: neque ſi exſtaret, viri alicuius

Lib. 21. de Cciui. c. 25.

auctoritatis & doctrinę illi fuerunt: nisi fortè Origenem velis, qui dæmonas ab æterno etiã igne aliquando emittendos somniauit. Fuit annis superioribus Guillelmus Postellus, qui in Elia suo Pandocheo vniuersas omnis hominum generis sectas per CHRISTVM saluandas

Lind.dial.2

delirauit. & hic etiã posse videtur ducere propositæ stultitiæ familiã. Sed, vt ipsa Parisiorum ciuitas testatur, & Prateolus scribit; vir ille quidem doctissimus fuit; sed mente nõ

L.14.hær. 31.

satis integra & sana. Dauid Georgius ex Gandauensi vitriario nouus subito doctor effectus, animas eorũ, quos infideles nuncupamus, æquè saluandas atq; fidelium, effutiuit. Sed hic est ille ter nefarius nebulo, qui sese tanquam verum Dei Messiam, dilectũq; Dei filium (ò superbiam plusquã Luciferianã) cæcis mortalibus obtrudere non dubitauit, qui omnem hactenus à Moyse, Prophetis, CHRISTI & Apostolis

tra-

traditam doctrinam imperfectam & ad salutis consecutionem inutilem horrificè mentitus est, quem mortuum iam & infra damnatos omnes amandatum, è sepulchro effossum Basileenses anno supra millesimum quingentesimo quinquagesimo nono, quibus viuum & spirantem oportuit; flammis concremarunt. Bernardus Ochinus omnium non horarum, sed religionum, præter synceram; homo, Academicus omnibus de rebus disputator fuit, ita vt certi nihil neque ipse comprehenderet, neque suis comprehendendum traderet. Sed apertè tamen, & absque omni simulationis larua, decretum istud docere nunquam ausus fuit: & si fuisset, qualis ipse bellua fuerit, quàm tetra, quàm pestifera, ex miserabili eius morte, omnibus Polonia contestatur. Si ergo hæc oratio, *Saluari quemlibet sua fide*,

Lind. resp. ad Camp. fol. 49.

tam est flagitiosa, vt nullum nisi flagitiosum & impium assectatorem; nullum nisi stultissimum & omnibus sceleribus coopertissimum defensorem habeat, quis eam adhuc proferre, mẽte retinere, voluntate probare non erubescat? Id quod omnes fugiunt, cuius ortum perhorrescunt, cuius labem detestantur, ab aliquonè Christiano vel dicetur vel cogitabitur? Quoniam igitur satis, vt arbitror, deliramenti huius vanitatem ostẽdi; breuissimè quod *secundo loco* proposueram, absoluam. Neque enim tam prodigiosa, & tã omni rationi & naturæ iudicio repugnans vesania vel multis, vel difficilibus, in quibus operæ plus consumi debeat; argumẽtis niti potest. Tria sunt igitur, quæ in hanc stultitiæ charybdim plerosque impellere videntur. *Primo* enim, ita, vti antea significaui; disputant. Minima orbis terrarum pars Christiana fide imbuta est: & minimæ huius partẽ

Altera pars orationis.

Responde-tur tribus vel argu-mentis vel questib. & quęstioni-bus.

1. Multi sunt hæreti-ci.

multo maximam nouæ religionum disciplinæ occuparunt. omnesnè igitur peribunt? Sanè; si hæretici sunt: aut si non sunt, vti antea de plurimis rusticanis asserui, si fidei orthodoxę lucem, quam aliunde obiectam cognoscere potuerunt, repudiarunt: aut si cognoscere quidem non potuerunt, cum sacro tamen baptismate tincti essent, contra naturę Deique leges vitam degerunt. Fieri enim non potest, vt vel sine fide maiestati quispiam diuinæ placeat, vel cum sceleribus & flagitiis eidem displiceat. Ideoq; vę etiã nobis orthodoxis, si, quod absit, peccatorum magnorum vinculis astringimur, voluptatum illecebris capimur, infinita opum cupiditate incendimur, nullam vel perparuam honestatis, temperantię, opumque cælestium rationem ducimus. *Firmißimè*, inquit iam ante citatus Fulgentius, *tene, & nullatenus dubita, non omnes qui intra Ecclesiã* Lib. de fid ad Pet. c. 40.

Ca-

Catholicam baptizantur, accepturos esse vitam æternam: sed eos, qui percepto baptismate rectè viuũt, id est, qui abstinuerunt se à vitijs & concupiscentijs carnis. Regnum enim cœlorum sicut infideles hæretici atq; schismatici non habebunt: sic Catholici criminosi possidere non poterũt. At horum quanta est multitudo? Placetnè igitur sic argumentari? Magna est malorum Catholicorum, omnibus in vrbibus & locis, multitudo. Hi ergo saluabuntur. Etenim omnesne perirent? Nobis, Auditores; non blandiamur, nos non decipiamus. O quàm vellem, si veritas ipsa ferret; dicere, non tam multos perditum iri: quàm optarem ex hoc loco verè profiteri, in quos DEVS æternis cruciatibus animaduertet, paucissimos fore: sed quis ego sum, qui diuinę iustitiæ decreta examinem, iudicia reprehendam, sententias improbem? An in eos, in quorum

caput litteram ille tristem dederit, salutarem dare possumus? An positos ab illo calculos reducere? Tristissimum quidem & dictu & auditu, tam innumerabiles hominum myriadas cruciatibus sempiternis mactari: sed cur nobis infelicissimi mortales non cauemus? cur impetu tam cæco ad inanissimas opiniones, ad perditissimos hæresiarchas, ad pestilentissima scelera ferimur? cur tam temerè, tam sine vllo consilio, tam præcipiti amentia maiorum fidem, Ecclesiæ auctoritatem, DEI legem prodimus, abijcimus, execramur? An parum sæpè, parum seriò, parum euidenter nos CHRISTVS noster, eius Apostoli, duces nostri, omnes omnium ætatum sapientes nos monuerunt, vt à doctrinarum nouitate, opinionum fluctibus, vitiorum tempestatibus caueremus? An non, ex editissimis Ecclesiæ speculis, diuinissimi homines

nobis omnes errorum scopulos, omnes hęreseon Scyllas & Charybdes indicarunt, prædixerunt, significarunt? Cur scientes prudentesq; in saxa & vortices ruimus? cur benè monentibus non obsequimur? cur in freto procellosissimo, quam in portu tranquillissimo nauigare; turbinibus quassas naues obijcere, quam anchoras iacere; perire denique quam viuere malumus? Horrendum est, tot tantosque mortales in æternum cruciari. Quis non doleat? quis non ingemiscat? Horrendum est inquam, & valde horrẽdum. Sed quid agas? in quo culpa est? insanimus omnes: nil nisi terrã & terrena quęrimus, & cogitamus: quid igitur mirum nobis cœlestia negari? Ne tamen hoc dum cogitamus, de rei certissimę veritate addubitemus, neue animo nimium frangamur, sed potius in rebus tantis diligentes, attenti, noctes diesque solliciti simus, totam hanc, quę

ob-

obijcitur, saluandorum paucitatem ille ipsissimus prędixit, qui saluabit. *Multi*, ait, *vocati* (ad Christianam scilicet fidem) *pauci verò electi*. & alibi dixit ei quidam: *Domine si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam, quia multi dico vobis quærent intrare & non poterunt*: seu, vt D. Matthæus refert: *Arcta via est, quæ ducit ad vitam & pauci sunt qui inueniunt eã.* Matt. 20. Luc. 13. Cap. 7.

Alterum verò quod hominibus rudioribus in mentem nonnunquã venit, est, eos quos ab Ecclesiæ Catholicæ sinu abstraxit hæresis, non existimare se errore aliquo implicari, sed veritatē potius inuenisse: plerosque etiam vitæ integritate, & morum honestate Catholicis multis præstare: nec deesse qui pro suæ fidei asseueratione mortem excipere, si res ita postulet; parati sint. Hoc verò quoniam non tam, vt mihi videtur; argumentum est, quam postulatio explicationis dubita- 2. Inter hæreticos multi honestæ vitæ.

bitationum quarūdam, quibus imperitorum plurium, & aliquando non malorum animi cōturbantur, sic iam agam, vt docere illos potiùs quàm refutare videar. Ac primò quidem, vti de multitudine antea feci; si hæc in hæreticorum causa valere deberent, quidni & in Turcarum etiam ac Iudæorum? An non horum quilibet suam superstitionem, religionem sanctissimam opinatur? An eorum quisquam se, in diuino cultu errare & labi, vti tamen reuera errant & labuntur omnes; sibi persuadet? An non potiùs, se solos vero legitimoque ritu DEVM venerari, eique cultum & preces adhibere credunt? An non quamplurima etiam faciunt, quæ magnæ cuiusdam virtutis & honestatis, quam meritò admiremur; speciem & argumentum habent? Considera mihi Mahometanum Aldarem Harduellem, qui cum esset inter Persas Regulus non ignobilis; ingenio atque mo-

Sur. comment. anno 1500.

ribus tam suspiciendus fuit, vt omnibus mundi huius oblectamentis contemptis, diuitijs & honoribus, tanquam veris ærumnis & fortunæ ludibrijs; abiectis, vitam austerissimam egerit. Considera ipsius filium Ismaelem Sophum, qui in lubrica etiam & improuida ætate adolescentia, tanta non vultus tantùm, sed orationis etiam elegantia & grauitate, tam egregia tùm sapientia, tùm animi magnitudine fuit, vt oppidò admirabilis cunctis videretur, maximamque non vulgarium & plebeiorum tantùm, sed nobilissimorum etiam & amplissimorũ hominum gratiam & studiũ sibi conciliârit. Considera eiusdẽ discipulũ Techellẽ Cuselbã, qui regia stirpe clarissimus, in Antitauro monte, annos aliquot, ijs, quę sponte humus protulisset, contentus, asperrimam vitã egit, cui agricolæ panem & necessaria eius inopiam miserati postea suppeditabãt

Nic. Nic. lib. 3. de Turc.

Conſidera Turcarum ipſorum aſcetas, Calãdarios, & Deruos quàm tenuiter veſtiantur, quàm ſeueras ſibi ipſis caſtitatis leges indicant, quamque acerbis ſeipſos voluntarijs vulneribus, Baalitarum veterum inſtar, ad Mahometi honorem concidant. Conſidera eorundem Præſides ac Iudices Cadileſqueros & Cados, quàm grauiter & ſeuerè ius dicant, lites dirimant, Reipublicæ conſulant. Conſidera ipſos eorum milites, quod hominum genus alias procaciſſimum putatur; quanta in caſtris & prælijs diſciplina, quanta ſuos ad Tribunos & duces obedientia, quanta, vbi iubentur, modeſtia vtantur: adeô vt, Rhodo capta, cum eam hominum triginta millia vnâ cum Solymanno ingrederentur, non hoſtes, ſed ſocij, non milites, ijque victores, ſed, vt dicere ſolebat is, qui victus, conditionibus ſalutis acceptis, inde tum diſcedebat Dominus Philippus Vil-

Iouius in Solyman.

ladamus; religiosissimi aliqui Monachi, & taciturnissimi Franciscani esse viderentur. quod etiam, dũ Bassarum Senatũ ipse Turcicus Tyrannus habet in atrio quodam ante interius palatium, manibus cõplicatis, ita obseruant, vt ne verbum quidem vnicum exaudiatur. Quid quotidianas ipsi⁹ etiã Turcici vulgi preces, easq; vno & eodẽ die sępius repetitas, quid varias ambarum in cælos palmarũ clamorũq; sublationes, quid iterata nõ semel pedilauia, totiusq; interdũ corporis lustrationes attingam? Confer hos omnes, si placet, cũ plerisq; nostrũ, qui Christiani dici volumus: & illos externo isto morũ decore nobis plurimùm antestare iudicabis. An ꝓptereà verũ illud decus & honestas cẽsenda? Considera & Iudęorũ hodie nõnullorũ viuẽdi rationẽ, orationes longas, crebra ieiunia, frequentes ablutiones, pœnas de se, ob peccata, spõte repetitas peracerbas. Taceo iam

Steph. Gerlach. epist. ad Crusiũ anno 1597. fol. 97.

veteres illos & recentes istos Indorum Brachmanas, Græcorum Aristidas, Socrates, Lycurgos, Romanorum Numas, Curios, Scipiones, quàm multi & Turcarum & Iudæorum pro suis aris & cæremonijs vitam, si res tempusque ferret; profundere non dubitarent? Non licet quidem, vt illi nostram in fidem iurent, ijs vim intentare: sed tamen multos passim Romæ, Venetijs, in tota Lusitania & Hispania, Turcas & Mauros bello captos videas, qui quamlibet seruitutem seruire, quàm combibitum superstitionis suæ virus euomere malint. Noui & hoc triennio, in quodam Persici regni loco accidisse, vt impurissimus quidã, &, ipsius etiã Regis Mogor (Apud eum. n. res agebatur) testimonio sceleratissimus Mahometi sacrificulus, Christianis nostris Sacerdotibus Euangeliũ dilaudantibus vehementissimè resisteret, & ad Mahometanam legem propugnandam, exstructum ardentemq;

rogum viuus, voluntarius, lętusque ingredi vellet. Non debet externa istiusmodi, & fucata vel honestas, vel constantia, seu audacia potiùs, animi fideiq; nostræ aciem præstinguere. multũ opinio, multũ arrogãtia, multũ Diabolus etiã potest. Vt .n. hominũ animos parricida funestissimus latrocinetur, solet ea etiã, quę hominib. Deus veluti volũtatis suæ tesseras & symbola perillustria dedit, interdũ suffurari, vitæ honestatẽ, sanguinis ꝓfusionẽ, litterarum sacrarũ testificationẽ. Itaq; cũ illis, tũ hæreticis omnib. sua ista furta lępissimè cacodæmon impertit, vt illorũ ope industria, & artificio, quãplurimos homines à vero CHRISTI Dei cultu absterreat, abducat, auellat. Quomodo, n. alias im̃anissima bellua dicto audientes haberet? Hæreticis igitur omnib. tãquã fidelissimis suis emissarijs & satellitib. vel horũ vnũ aliquod, vel, si potest, omnia, tanquã veritatis insigne certissimũ largitur, vt incautos morta-

les decipiat, deceptosq; in perpetuum cruciet. Sunt qui scripturarũ tantùm diuinarum tendiculas acceperunt, vt hoc tempore plurimi, quorum improbitas & nequitia omnium oculis & manibus tenetur. Sunt qui insuper, præclarissimę cuiusdam honestatis & pietatis habẽt imaginẽ: Deũ orant, Psalmos canũt, Biblia lectitant, conciones audiũt, eleemosynas faciũt, deiuria fugiũt, ebrietatẽ detestantur: matrimonio castè vtuntur: pacẽ cum omnibus retinẽt, officio, quos possunt adiuuant: comiter loquuntur: syncerè iudicant: breuiter, in omni vitæ cõsuetudine ita se gerunt, vt boni viri, & veritatis amantes videãtur. *Quomodo*, inquit Orig. *quasdam illecebras escarum aucupes ponunt, vt faciliùs capiãt per oblectamentum gulæ: sic (vt audẽtiùs dicam) est quædam Diaboli castitas, id est, animæ humanæ decipula, vt per istiusmodi & castitatẽ, & mansuetudinẽ, & iustitiã faciliùs capere poßit, & falsis sermonib. irreti-*

[...]m. 7. in [...]ech.

reti-

retire, quod D. in Matth. Chrysost. hom. 9.
& de morib. Ecclesiæ D. August. v-
beriùs exponũt. Arius, si ambitionẽ
& fastum excipias, vitâ integrâ fuit:
Nestorius moribus probatis: Noua-
tus magna in peccantes seueritate:
Agelius summa comitate: Eusta-
thius Sebastiẽsis, insigni sanctitate;
Bardesanes Syrus laudatissima do-
ctrina & bonitate: Petrus Abailar-
dus *intus Herodes, foris Ioannes*, inquit epist. 193.
ad Iuonem Cardinalem Bernardus.
De Arnoldo verò Brixiano vir i-
dem sanctissimus ad Episcopum
Constantiensem exclamat: *Vtinam* epist. 195.
tam esset sana doctrina quam est districta
vita. Et si vultis, ait, *scire, homo est neque*
manducans neque bibens, solo cum Diabo-
lo esuriens & sitiens sanguinem anima-
rum. Atque, vt quod reliquum est,
Erasmi Roterodami verbis absol-
uam; Manichæorum prodigiosa
narratur abstinentia & continentia:
opes aspernantur Ebionitæ: iugiter
orant Tfalliani: in desertis locis vi-

uebant Anthropomorphitæ, canabeis regebantur, ieiunijs & laboribus carnem macerabant: Priscillianus & Encratitæ carnes non comedebant. Hinc & insolentissima illa nomina, quibus hæreticorum quidam sese Angelicos, quòd angelicam vitam in terris ducerent; Apostolicos, quòd apostolicam perfectionem exteriùs exprimerent: Catharos, id est, puros & à peccatorum sordibus mundos: Euchetas, id est, orantes aut supplices vocitarunt. Hæc sunt ouium vestimenta à CHRISTO Domino nobis denunciata, quibus lupina rapacitas obtegitur: hæc forma pietatis a D. Paulo descripta, qua eius tamen virtus abnegatur. Vestes illæ versicolores ab Ezechiele commemoratæ, quibus hæreseon idola operiuntur: vti quondam istum locum sapientissimè Origenes interpretabatur. Nemo ergo, Auditores, miretur, si in quibusdam nonunquam errore fasci-

th. 7. im. 3.

. 16.

n. 7. in ch.

cinatis quædam virtutum adumbrata vestigia intueatur: si quædam vrbanitatis, honestatis, & humanitatis simulachra videat, quorum omnium natura hominum animis semina inseuit: quæ si adolescere sinerent, neque succrescentibus vitiorum vepribus obruerent, mirabiles in omni vita, omnique statu & religione fructus afferrent: etiamsi ad salutem consequendam, quæ à Dei gratia tota pendet, momenti haud satis habeant. neque religionis veræ amator existimet *eum, qui ieiunat, Domino statim ieiunare*, vti loquitur D. Hieronymus: *aut pauperi extendentem manum, DEO fænerare*: neque cum illis, qui à Chalcedonensi Cõcilio damnatum Nestorium molestè ferebant; dicat: *Quid est, quamobrem sanctis viris denuncietur anathema?* At cum bona ista vita bonam satis esse fidem, quam quisque accepit, putant isti. Et qui manus cum hoste conserunt, victores fu-

lib. adu. Lucif.

Euagr. lib. 2. c. 2.

an. 16.
ull. offic. 1
m. 66. in
nt.

turos se putant; an propterea non vincentur? & qui Apostolos occidebant, obsequium se Deo præstare putabant, an idcirco præstabant? *Turpe est*, Auditores, *committere, vt dicendum sit: Non putaram.* Quosdam verò aliquando in mortem & cruciatus sese dare, propter eos, quos opinionis errore finxerunt, religionum ritus, quid mirum? An est quisquam rerum diuinarum tam ignarus, qui nesciat, quanta Diaboli sit potestas, non modo in hominum corpora, sed in corda etiam, quæ semel possederit? *Nonne plus est*, ait D. Bernardus, *sibimet hominem iniicere manus, quàm id libenter ab alio sustinere? Hoc autem in multis potuisse Diabolum, frequenter experti sumus, qui se ipsos aut submerserunt, aut suspenderunt.* Multi olim Montanistæ, multi olim Marcionitæ, multi Phrygiani, ob CHRISTI confessionem, vitam amiserunt; an idcirco salutem inuenerunt? Metrodorus

pres-

presbyter hæreticus, viuus ab Ethnicis combustus est. Themison Maximillæ assecla in vincula contrusus: Alexander quidam in carcerem abductus. an eos vnquam prudens quisquam Martyres vocauit? Ipsi fortasse Martyres se putarunt, imò etiam quidam iactarunt: sed omnis eos hactenus ętas in hominum stultissimorum; & ijs, quæ pertulerunt, supplicijs dignissimorum loco habuit. Audi, quid se ab hæreticis perpeti paratum hæretικώτατ☉ dicebat in Epistola quadam Arius: *Hos impios neque audire possumus: etiamsi infinitas mortes nobis heretici minentur.* Quin *asotos quosdam reperire est, qui ita mortem contemnerent, vt illud in ore haberent ex Hymnide. Mihi sex menses satis sunt vitæ, septimum orco spondeo*, vti narrat Tullius. Iactent igitur, quantum volent suum Ioannem Hussitæ: ambabus, vt aiunt, buccis laudēt Seruetum à Caluino vstulatum Trinitarij: dicat Theodorus Beza

Eufeb. l. 5. hist. c. 15.

apud S. Epiph. hær. 69.

lib. 2. de finib.

se CHRISTI martyrem, cum ob nefarias libidines, &c, vt ea vocat Heshusius, *Sathanica epigrammata*, Martialis & Catulli spurcitias superantia, solisq; in prostibulis decantanda, ex Gallia profugerit. Laudetur monstri illius horrifici antè nominati Dauidis Georgij mater Delphensis, quæ, ipsius ob vecordiam, in Germania inferiore, pœnas exsoluit: In manibus, imò & in ore, si placet, sint bellissima illa noua nouorum cœlitum martyrologia, quę Lossius, Caluinus, Adrianus, Hamstedius, Foxus, Rabus concinnarunt. ego cum D. Paulo illud mecum firmissimè statuo: *Si linguis* Corint. 13.
hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam; factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam. & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non ha-

bue-

buero; nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero; nihil mihi prodest. Ad vestrum verò, qui hic adestis, & me auditis, singulos illud D. Fulgentij dico & profiteor: *Firmissimè tene, & nullatenus dubites, quemlibet hæreticum siue schismaticum, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizatum, si Ecclesiæ Catholicæ non fuerit aggregatus; quantascunque eleemosynas fecerit; etsi pro Christi nomine sanguinem fuderit; nullatenus posse saluari. Omni enim homini, qui Ecclesiæ Catholicæ non tenet vnitatem, neque baptismus, neque eleemosyna quamlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem, quamdiu in eo hæretica vel schismatica prauitas perseuerat, quæ ducit ad mortem.* Iam tertiũ, quod à quibusdã dictitatur, est illud Paulinũ: *Omnes homines vult Deus noster saluos fieri*

libr. de fid. ad Petr. ca. 39.

3. Deus vult omnes saluari.

1. Tim. 2.

Cur

Cur igitur ſalutis ſpē ijs incidamus; qui à nobis aliquot ſolūmodo religionis capitib. diſſentiūt? Si qui hęc loquuntur, viri mali aut callidi forent, incredibiles hic eorum ineptias declararem. quærerem. ſi omnes ſaluos Deus fieri vult, cur è cœlo ipſi & Turcarum & Iudæorū nationē exigant? dicerem, ne tam mutilè Diui. Pauli verba proferrent, ſed quæ conſequuntur, legere pergerent: *Et ad agnitionem veritatis venire.* Cur *ad agnitionem veritatis*, quæſo, *venire*? nonne quia, qui fidei veritatem non agnoſcunt, errore & mēdacio quaſi vinculis conſtricti tenentur, ac idcirco neque ad veritatem, neque ad ſalutem pertingere queunt? Multa cum his iſtiuſmodi diſſererem. Verùm D. Pauli ſententiam hiſce paucis vos accipite. Si quis ad ius dicendum Iudex, & clementiſſimus & æquiſsimus ſederet, ipſius verò tribunali ſiſterentur homines plurimi, corporis quidem

3. Deus vult omnes ſaluari. 1. Timot. 3.

for-

forma pulcherrimi, robore valentissimi, ætate florentissimi; nonne hos omnes ille pro sua clementia saluos vellet? At si vel aliorum testimonio, vel ipsorummet confessione, horum maximam partem, Reipublicæ pestem & exitium comparasse, patriæ insidias struxisse, grauissima quæque scelera suscepisse intelligeret, nonne, quos antea clementer saluos voluisset, hosce iam pro sua æquitate ad furcas rapi & morte mala mulctari iubebit? Ita planè se res habet. Vult Pater mansuetissimus nos omnes, quorum animi expressam ipsius imaginem pulcherrimam gerũt, saluos & florẽtes viuere: sed quia sontes & scelerati; non iam filij, sed hostes eius sumus, idem nos iustissimè in æternum carcerem contrudi mandat. Hoc enim hominum genus, ne ipsa quidem, si cupiat, seruare salus potest. Quamobrem, Auditores, ne in tam graui tamque serio negotio

ludamus. Valeant illæ Christianis auribus indignę orationes: *Quilibet sua in fide saluabitur: Deus bonus & clemens est: Sentiat quilibet, vt volet: dũ viuat vti decet, saluus erit.* Iam enim quàm copiosissimè audistis, nullo id modo fieri posse: vnicam esse vnius CHRISTI fidem: cætera omnia, hæreses, deliramenta, errores ineptissimos esse, & vocari: quibus tãetsi fidei nomen relinquamus, non posse tamen vllam Catholicæ contrariam fidem, æternamq; salutem cohærere: multa semper & importuna flagitia ipsi hæresi tam arctè copulata esse, vt diuelli nequeant: &, si diuelli possent; multa, eaq; perabsurda, & perridicula oriri, si orthodoxis & cacodoxis eandem cælorum sedem patere sentiamus. Soluta, confutata, explicata omnia, quæ dubitationis aliquem in animis aculeum figere poterant. quid aliud superest, quàm vt primò quidem istam religionis omnis non

perturbatricem, sed interemptricem, in tantis colluctantium hæreseon vulneribus theriacam respuamus: neque qualemcunque ciuilẽ concordiam, quæ Dei cultum funditus euertat, hamo, vt dicitur, aureo piscemur, id est, veræ constantisque de fide sententiæ periculo & iactura: deinde, vt tot tamque multorũ, quos cùm in Europæ cæteris partibus, tùm in Germania nostra potissimum hæresis fascinauit, misericordiam capiamus: pro omnibus Deum sæpè & ardenter comprecemur: ad ipsorum animos curandos omnia litterarum & virtutum pharmaca conquiramus? Quæ enim ijs calamitas maior accidere, plaga lethalior infligi, quę pestis capitalior imminere potest? In vna hac religionis sententia, quidquid nobis tandem de pluribus ad salutem vtilibus blandiamur; æterna animorum nostrorum, & omnium tot popularium, tot amicorum, tot

QVÆSTIO.

Si Catholicus quis non ſit, vtrum, ad æternam damnationem vitandam, ſatius ſit, illum eſſe Lutheranum, quàm Caluinianum? an contrà?

Reſpondet.

S. Auguſtinus lib. de Paſtoribus cap. XII.

AD diabolum non pertinet, quis iſto aut illo modo erret. Omnes, errantes vult quibuslibet erroribus. Quàm diuerſæ ſunt hæreſes! quàm diuerſi errores! Ille in omnibus vult errare homines. Non dicit Diabolus; Donatiſtæ ſint & non Ariani. (*Caluiniſtæ ſint & non Lutherani.*) ſiue hic ſint, ſiue illic, ad eum (*Diabolum*) pertinent congregantem ſine iudicio. Idola, inquit (*Diabolus*) adoret; meus eſt. In Iudęorum ſuperſtitione remaneat; meus eſt. Deſerta vnitate in illam vel illam hæreſin (*Lutheranam, Caluinianam*) pergat; meus eſt. *Par eſt de Anabaptiſtica, Schvvenckfeldiana, & alia hæreſi quacumque ratio.*

S. PAVLINVS epiſt. XXXVII.

Vna fides, Deus vnus, & vnicus è Patre CHRISTVS

Haud duplex vni ſeruitus eſt Domino.

QVÆSTIO.

Iis, qui in tanta religionum varietate, de æterna sua vel salute vel miseria soliciti, veritatem seriò appetunt; consilij quid?

Respondet.

S. Hieronymus lib. aduersus Luciferianos sub finem.

BReuem tibi apertamque animi mei sententiam proferam: in illa Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata vsque ad diem hanc durat. Sicubi audieris eos qui dicuntur CHRISTI, non à Domino IESV CHRISTO, sed à quoquam alio nuncupari, vt puta Marcionitas, Valentinianos, Montenses siue Campates, (*Caluinistas, Lutheranos, & similes.*) scito non Ecclesiam CHRISTI, sed Antichristi esse synagogam. Ex hoc enim ipso quod postea instituti sunt; eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciauit. Nec sibi blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare quod dicunt: cum & Diabolus de scripturis aliqua sit locutus: & scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo.

D. Augustinus epist. CLXX.

QVAM dolendum, vt qui secundùm carnem fratres sumus, in

CHRI-

CHRISTI corpore, non vna societate viuamus? præsertim quia facilè tibi est attendere & videre ciuitatem super montem constitutam, de qua Dominus ait in Euangelio, quòd abscondi non possit. Ipsa est enim Ecclesia CATHOLICA, vnde καθολικὴ Græcè appellatur, quòd per totum orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet, ideo secundum verbum Domini nostri IESV CHRISTI, abscondi non potest. Matth. 5.



Menda quædam Typothetica emenda, sic:

Pagina 13. Ecclesia	159. correptione.
14 Archangelo. Magi.	163. fœdissimoq; præl.
19. quo socius.	164. incuria, inn.
20. in marg. Frus.	168. respondet.
23. argumento.	171. stringeretur.
30. Luthero.	174. Thermopylas.
75. Leguleij.	188. damnabuntur?
77. qua vos.	199. Hæc ille,
84. pastioni.	204. amentia, & hor. vereque.
86. ascendisse.	ibid. Mart. Kemnicius.
105. imponitur, mitra,	207. fatentur.
111 insignierat. An	208. quidã rec. dixerit.
112. rectè si	217. obeuntis reg.
127. nihili facere	244. num propterea.
143. solam decerno esse.	

Brotodæmon Hippoclidi curæ non est.

G L O R I A.

PATRI ET FILIO, & SPIRITVI SANCTO: SICVT ERAT IN PRINCIPIO, & NVNC, & SEMPER, & IN SÆCVLA SÆCVLORVM.

A M E N.